# REPETITIO
## *SEV LECTVRA*,

EXCELLENTISS. IVRISCONSVLTI,
Et apud celeberrimum, ac florentiſſ. Patauinorum Gymnaſium publici Profeſſoris, D. Hieronymi Campi. S. Petri Nobilis Patauini, ſuper rub. & tit. De obligationibus. Nunc primum in lucem edita.



PATAVII
*Iacobus Fabrianus Excudebat*
*M. D. L.*

## *HIERONYMI BONI GIBBI PATAVINI*

*Epigramma ad Lectorem.*

*Lumine ut excellit Proles Hyperionis omne*
*Lumen, & illustrat Regna Opis, & Thetios.*
*Sic Patauos ſuperat uirtute Hieronymus omnes,*
*Lumine & irradiat, nobilitateq; ſuo.*
*Ergo age rumpe moras cupide, at noua docte legendi,*
*Legiſti nullo tempore docta magis.*
*Sunt Scholia hæc legum doctiſſima, perlege, dices,*
*Quod dixi, in folijs me reperiſſe ſacris.*
*Zoilus hinc linguax, hinc riſor Momus, & atro*
*Dente Theon profugit, crimine nanq; uacat.*

*Euiſdem Diſtichon.*

*Librum hunc Lector emas, numis nec parce, recondit*
*Nectaream Ambroſiam, Nectar & Ambroſium.*

## CLARISS. AC SAPIENTISS. REIPVB. VENETÆ
Senatoribus, Philoſophisq; grauiſſ. Florentiſſ. Patauini Gymnaſii
optimis Moderatoribus, Sebaſtiano Foſcareno, M. Anto
nio Venerio, Nicolao A Ponte, Hieronymus Campi.
S. Petri Patauinus deditiſſ. S. P. D.

MAGNVM Illud, & mirabile ius erat ab antiquis Perſis
iam diu ſeruatũ, vt memorabili, maioriq; ſuplicio afficerent,
q beneficio vel medio.ri laceſsiti, ingrati fuiſſent, q̃ ſiq; aliud
grauiſsimũ ſcelus ꝑpetraſſent, veluti ſi parẽtibus: patriç: aut
Deo Optimo Maximo aliquid magni detrimenti, & iniuriç intuliſſent.
Vnde etiam a Philoſophis præceptum eſt in indignum, aut in ingratum
ne minimum quidem beneficium cõferendum eſſe, illud quidem, ne parũ
prudentes videremur, hoc vero, ne operam perderemus inhumanis bene
facientes, nihil unq̃ profuturis, Itaq; ne ego quoq; merito iam accuſandus
ſim, & fortaſſe Perſico more plectẽdus, qui a vobis ſummis ſemper officiis
ornatus fuerim, & aliquando ſi non re, verbis tamen, quorum nõ parua uis
eſt, me gratum oſtendere noluerim, legi lege ſatisfacere ſatius fore putaui,
quæq; de obligationibus a iureconſultis tradita ſunt, vobis ſanctiſſimis le
gum moderatoribus interpretata dedicare conſtitui, vt quantũ in me eẽt
perſoluerem, pariterq; me ipſum de me optime meritis obligarem. Acci-
pite igitur liberali, vt ſoliti eſtis, animo, quæ tanq̃ ex paupere frugũ acer-
uo vobis ſumẽda propono, quç ſi grata fuerint, veſtræ liberalitatis, meæq;
fidei teſtimonium afferẽt locupletiſſimum, vt ſi non cumulate ſatisfeciſſe,
attamen æris alieni crimine abſolutus videar, maioraq; etiã indies a vo-
bis beneficia expectare valeam. Et cũ laceſſere, ac deuincire facilius ſit, q̃
ſoluere, quo magis veſtra gratia, veſtraq; liberalitate deuinciar, eo ſaltem
gratiori animo acceptum referre conabor. Valete.

# *HIERONYMVS BONVS GIBBVS*

## PATAVINVS. LECTORI. S. P. D.

*SI Tam mihi animus idoneus eſſet, quàm cupidus lector candidiſſime ad huiuſce legũ magni interpretis laudes enarrandas, me alterum profecto Ciceronem, & Demoſthenem alterum iudicarem. uerum cum ingenium meum in tanta earũ copia tenue prorſus, & puſillum ſit: pro captu mearum uirium (ſi paucula tamen primum in quorundam erroneam opinionem protulero) huc in medium afferam. Sunt nõ parum multi noſtra hac maligna (ne dicam dira tẽpeſtate) qui ſtatim aliquo noſtratum ſcriptore cuiuſq; ordinis, ac doctrinæ conſpecto ab eo auertunt tanquàm nauſeantes delicatas nares: quod ſane quàm recte faciant, aliorum eſto iudicium. Non ſilebo tamen, ut quem admodũ ij quos antiqua tempora genuere extiterunt homines, ita & noſtri temporis filij homines ſunt: ſi ij ergo homines extitere, & in uiros magnos ſuis ſtudio, et uigilijs euaſere, quid quæſo, dicant mihi nauſeantes iſti, impedimento eſt (ſi dijs placet) noſtratibus, ſi modo ſtudeant, & uigilent, quo minus & ipſi in qua uis ſcientia promoueant & excellant? profecto nihil. ſuo igitur ipſorum modo delirent rogo, ego. n. longe ab ijs diſſentio, & ſpretis illorum oblocutionibus, haud noſtrates minus inſpicio, et diligenter diſcutio, quam priſcos illos ſcriptores, quos ſolos illi admirantur, hocq; fortaſſe non ſine iudicio, ut tibi humaniſſime lector, ſi mihi te benignum in auſcultando præſtare non dedignaberis, pro uiribus demonſtrabo. Arrige aures igitur. Mos eſt mea quidem ſententia nequaq̃ aſpernãdus noſtræ ætatis diligẽtibus, & ſtudioſis, ut aliquid compoſituri antiquos, & primarios quidẽ perlegant, perlegendo diſcutiant, diſcutiendo obſeruent, & obſeruando, ſi quid ab eis conſcriptũ eſt, & ad amuſſim expolitũ, ubi ad rẽ id facere perſpexerint, ſuis operibus inſerant. & ut apes in Hybla mõte hos, & illos flores seligẽdo cõficiunt ſuaue, immo ſuauiſſimum illud Nectar, quod humanus guſtus nunq̃ ſatur, ſemper magis expetit, & cõcupiſcit. Sic iſti collectis undequaq; ex illorũ aceruo copioſiſſimis floſculis, deinde & compluribus alijs ſuo Marte excogitatis, & ſuis maximis uigilijs obſeruatis, adq; operum ſuorum faraginem apte coniectis, tale quidã conficiunt, adeo ut ex ijs & antiquorum flores fragrãtiſſimos, & quos ipſi ẽt diligenter, & apte ſuis lucubrationibus, immẽſis laboribus, & indefeſſis ſtudijs commenti fuerẽ, laute & ſcite, nobis facile comparemus. Quod in hoc noſtro Hieronymo à Campo Sancti Petri potiſſimũ ſi quis hiſce eius doctiſſimis in de obligationibus titulo, nunc recens Scholijs, ſeu gloſſematibus in lucem datis ſuam operam exacte nauauerit, facile diſpiciet: nullum. n. genus librorum, ut ſtudioſis [illegible] prodeſſe poſſet, non diſquiſiuit, unde eum percurras lector optime, & doctiſſime, tam [illegible] ibi doctrinã comperies, ut non eum modo ſed cõplurimos iuriſcõſultos Romanos legere tibi uidearis, ut Papiriũ, qui inter Iuris peritos prima præmia tulit: ut App. Claudium decemuirum, quem Regillanum uocãt, quiq; exactis Regibus fuit pacis author egregius: ut. P. Semproniũ Longum, quem Populus Romanus græcæ Sapiẽtiæ nomine Sophũ appellauit: ut. T. Coruncanum, qui primus publice iura profeſſus traditur, & ut alios fere innumerabiles, quos ne diutius ijs immorãdo, n. ſtræ hæ faſtidij aliquid tibi pariant, conſulto prætermitto, et ad Hieronymum hunc à Campo Sancti Petri præceptorem meum iuris utriuſq; uere conſultiſſimum me recipio, qui omnigenis, ne dũ legalibus, tãtus eſt in literis, ut mihi ipſum imitandum ſemper propoſuerim, is. n. magnificas: arduas, ac nouas legum interpretatiões, eaſq; ueras nũc in lucẽ protulit ut eum omnes incredibilibus, meritis tamẽ laudibus, proſequantur, hic. n. iuris arctiſſimos nodos. legum AEnigmata, alijs prorſus incognita ueluti alter Oedipus acerrime diſſoluit, adeo ut eius diſcipuli nõ leui medius fidius ſtupore & iure afficiãtur, ſummæ etenim ſpei dignitatis, et authoritatis ẽ, ipſumq; inter literatos mire omnes beneuolentia proſequũtur, is. n. fideliſſimus pro ſocijs ullũ nunq̃ periculum ſubterfugit, pro amicis maledicum quemq; Sycophantã hoſtiliter ſemper odit, nullã æmulorum inuidentiam timet, cumq; iis in publico Gymnaſio diligentiſſime, acutiſſimeq; quicquid in medium protulerint diſputat, & nõ ſine laudibus uictor euadit, eũq; ſubdolis ſophiſtis non minori animo depugnat q̃ olim Iouis fidius Hercules cũ horrẽdis monſtris decertauit. Diſcipulos ueluti Theophraſtus habet nõ paucos, eoſq; ut erudiat nullis laboribus, ſudoribuſq; unq̃ pepercit, hos etenim diligit: amat, ac chariſſime deoſculatur, ſuamq; omnem curam, atq; operã ad leges illis impartiendas & eum uirtute enucleandas libentiſſime confert: De nobilitate eius, cum ea nota ſit, multa tacere, q̃ pauca dicere, certe præſtiterit. Ea. n. ẽ in cauſa, ut in gerẽdis tam publicis quam priuatis rebus, uno totius Vrbis Patauinæ conſenſu ad obeunda munera deligatur. Is. n. non ſolum otioſis erroribus eam repurgat, ſed lites quoq; perplexas haud ſecus diſſecare ſolet, ac Gordianos nodos Alexander dirimere conſuerat. Hinc omnes maximis eum laudibus extollunt, cupiunt eleuare, & in cœlum deniq; ferre, ſiq; hæc tibi lector doctiſſime adductis aliquibus uellem demõſtrare, uterer, ut inquit Cicero, in re non dubia teſtibus nõ neceſſarijs. Hunc igitur ama, cole, & uenerare, hoc autem poſtremum ẽ, ut te horter, ut huiuſce tam nobilis: tam honorati, tam acuti, & tam docti iuriſconſulti legales elucidatiões ame uoluas, reuoluas, & noctes, atq; dies tecũ habeas, id quod tuo maximo nõ ſine cõmodo fiet: multo. n. plura ibi cõperies, q̃ hic paucis, et inornatis meis uerbulis ipſe coniecerim.* Vale.

# EXCELLENTISS. D. HIERONYMI

CAMPI. S. PETRI NOBILIS PATAVI. V. I. CONſulciſſ. Et apud Inclytum Patauinorum Gymnaſium Profeſſoris publici, Repet. tit. de Obligationibus, quæ commentationis uice eſſe poſſit. Nunc primum in lucem edita.

## SVMMARIA RVBRICAE.

1 Quare uacationes ſcholaſticis fuerint conceſſæ.
2 Iureconſulti non ſolum ſibi, ſed aliis, ac reipublicę auſilio eſſe debent.
3 Quid ſit obligatio.
4 Obligatio eſt quadruplex.
5 Naturalis tantum dupliciter conſideratur.
6 Declaratur tex. in .l. iuriſgentium .§. ſed cū nulla. verſi. igitur. ff. de pactis.
7 Rō quare pactū nudū ꝓpter frigiditatē cōtractus pariat tātū nalē obligationē.
8 Ex contractu inito, inter dominum & ſeruum, inter patrem & filium, oritur naturalis tantum obligatio, propter conditionem perſonę.
9 Serui extraneis, & dominis ſuis naturaliter tantum tenentur.
10 Nālis obligatio ſola, ꝓpter frigiditatē ꝑſonę, differt ab nāli ſola, ꝓpter qualitatē (perſonę.
11 Ciuilis tantum obligatio dupliciter conſideratur.
12 Ex contractu ſtricti iuris, inuito dolo, naſcitur ciuilis tantum obligatio.
13 Ciuilis, & naturalis dupliciter conſideratur.
14 Caſus ſingularis, ubi ciuili & nāli ſimul obligationi, accedit & alia nālis obliga- (tio.
15 Obligatio Prætoria quid, & qualis ſit.
16 Obligationes unde naſcantur.
17 Contractus accipiunt formam, aut a re: aut a uerbis: aut a literis: aut a conſenſu.
18 Publicū delictū quid ſit.
19 Cauſe publici iudicii, quia ſunt meri imperii, nō oritur ex eis obligatio ꝓprie, ideo iudicis officio nobili expediuntur.
20 In publicis iudiciis proceditur quatuor modis: accuſatione: inquiſitione: denunciatione: & exceptione, non tamen actione.
21 Obligatio deſcendit ex priuato delicto, furto: rapina: & iniuria: damno dato.
22 Ex furto: rapina: iniuria: damno dato, agitur ciuiliter, & criminaliter.
23 Pro furto, non eſt pœna mortis, aut membri abſciſſionis.
24 Iure fœudorum, fur Vltra .5. ſolidos laqueo ſuſpenditur.
25 Ex furto, aliquando nec obligatio, nec actio naſcitur.
26 Stante ſtatuto ꝙ bānitus poſſit impune offendi, ſi ego feci pacem cum te offendente me, & ſis bānitus, ſi poſtea te offendo, nō dicor venire contra pacem.
27 Actio furti interdum datur ēt nō dn̄o cōtra dn̄m, & datur aliis quorū intereſt.
28 Pœnales actiones non dantur in hæredem rei, tamen dantur hæredi ipſius domini, excepta actione iniuriarum, quæ finitur etiam per mortem actoris.
29 Quare morte actoris, & rei, finiatur actio iniuriarum.
30 Iudex q tulit ſniām iniquā, facit litē ſuā, q̄a ex quaſi delicto tenetur, pœna ē in arbitrio iudicis habita rē ſūptuū dānorū ptis lęſe, Ita tū ſi pars lęſa nō ꝑuccauit, uel ꝓ (uocauit, & obtinuit.
31 Homines obligantur aut ſuo, aut nomine alieno.
32 Quæ ſit differentia inter contractum, obligationem, & actionem.
33 Cōtractus dū cōtrahūtur ſūt facti, ſed poſtea q̄ ſunt in eſſe deducti, ſunt iuris.
34 Quæ ſit differētia inter conuētionem: ſtipulationem: promiſſionem pactum nu- (dum & pollicitationem.
35 Obligatio mater eſt actionis.
36 Realis actio non oritur ex obligatione, ſed ex dominio, vel quaſi.
37 Obligatio, & actio, ſunt res incorporales.
38 Quando in .l. uerba incidenter proferuntur, non attendimus quæ incidenter, ſed q (principaliter proferuntur.
39 Valet argumentum a coniunctione duarū legū.
40 Rei appellatione contractus, & obligationes continentur.
41 Conceſſo uno, uidentur etiam omnia ea conceſſa, ſine q̄bus id cōceſſū eē nō pōt.

42 Actio ſæpe ſine obligatione,& econtra.reperitur.
43 Perſonalis actio uere, & proprie eſt actio,& ex obligatione oritur.
44 Verba proprie,& non improprie,ſunt intelligenda.
45 Dominium eſt cauſa actionis realis.
46 Seruitus eſt cauſa actionis realis,confeſſoriæ,& negatoriæ.
47 Vſucapio eſt cauſa,ſeu fundamentum actionis realis publicianæ.
48 Quando materia non patitur,non efficitur continuatio ad proxima.
49 Proximus is tantum dicitur,quem nemo antecedit.
50 Inſpicimus ꝙ principaliter agitur,non ꝙ in conſequentiam uenit.
51 Eccleſia eſt mater fidei.
52 Accuſationes naſcuntur ex delictis.
53 Lex nõ ꝓcedit dando formam delictis,ſed potius imponendo in eis pœnam,ne ui-
deatur ea approbare.
54 Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia,pariter ea determinat.
55 Connexorum idem eſt iudicium,& ꝙ de uno dicitur,& de altero iudicatur.
56 Statutum ideo eſt ſtricti iuris,quoniam actio ex ſtatuto eſt ſtricti iuris.
57 Talis præſumitur cauſa,quale eſt eius cauſatum.
58 Vbi apparet ordo iuris,uel intellectus,non curatur ordo uerborum,uel ſcripturæ.
59 In his quæ ſimul,& coniunctim fiunt,non eſt dare prius,nec poſterius.
60 Vbi ordo eſt neceſſarius,ille non debet prætermitti,immo adunguem ſeruari.
61 Ordo iudiciarius eſt,ꝙ libellus offeratur: lis conteſtetur: iuretur de calumnia.
62 Attẽditur ordo ſcripturæ,quãdo ſcriptura cõcordat cũ ordine intellectus,& cũ uo
63 Teſtator uidetur prædiligere primo nominatos. (luntate teſtatoris.
64 Nihil tam naturale eſt,q̃ unum quodqꝫ ſibi ſimile generare.
65 Obligatio eſt de iure gentium,actio uero de iure ciuili.
66 Licet actio naſcatur ex obligatione,non tñ naſcitur ex naturali tantũ obligatione.
67 Obligatio ãteq̃ eẽt a iure ciuili appbata nõ pariebat actionẽ,ſed poſtq̃ a iure ciui-
68 Senioribus teſtibus ẽ magis credendũ,q̃ iunioribus. (li fuit appbata.
69 Si frater minor nõ ẽ literatus,ſcripturæ debent pmanere apud ſeniorem fratrem.
70 Actus denominari debet ab ea parte,a qua magis incaleſcit.
71 Conſenſus dignior eſt Verbis.
72 Mater eſt ſemper certa,pater uero quem nuptiæ demonſtrant.
73 In ſtipulatione,Verba ſunt de ſubſtantia.
74 Dictio,ex,denotat cauſam proximam,& immediatam.
75 Actionis cauſa eſt duplex.proxima,& remota.
76 Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati.
77 Dictio nihil intereſt,non tollit omnem differentiam.
78 Contractus pro obligatione accipitur.
79 Argumentum ualet a conſequenti deſtructo.
80 Actio,Alia natiua,Alia datiua.
81 Actio realis nõ oritur ex obligatione,ſed ex dominio ex parte agentis, & ex poſſeſ
82 Obligatio eſt qd diuerſũ,& ſeparatũ ab actione. (ſione ex pte rei cõuẽti.
83 Natura copulæ,&,eſt ut inter diuerſa ponatur.
84 Diuerſorum ea eſt natura,ut uno ſublato,aliud de ſe poſſit permanere.
85 Actionis exitus tendit ad exequendam obligationem.
86 Res quæ caret effectu,carere debet nomine.
87 Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.
88 Argumentum a coniunctione duarum legum eſt in iure Validum.
89 Quando eſt genus, ꝙ ſupra ſe non ſit aliud genus,tunc illud diffinitione carere de-
bet, & per ethimologiam,ſeu circunferentiam quandam demonſtrari debet.
90 Argumentum a uerisſimili mente ſtatuentium in iure eſt ualidum.
91 Si actor tractat de damno euitãdo,auditur ẽt ꝙ alleget turpitudinẽ ſuã,ſecus ſi de
92 Etiã in odioſis fit extẽſio de caſu ꝓprio,ad caſũ im ꝓpriũ. (lucro captãdo.

HOC Anno offert ſe nobis contractuũ,obligationumq;
materia interpretanda,cuius vtilitas cum ſatis ex ſe pa-
teat,& vos oẽs huius legalis ſciẽtię īgenti amore ardere
conſpiciam,eius commendationem omittendam fore du-
1 xi.Hoc unum tamen vos ſcire uelim† vt,& ſi horum temporum inducię
vobis a maioribus conceſſę fuerunt,id non abre,ſed potius ſumma ra-
tione ab eis factum putetis,vt ſilicet (refocillatis viribus) frequen-
tiori ſtudio,ardentioriq; deſiderio ſtudia ueſtra proſequi ualeatis. In
hoc Arietem imitãdo,qui dum maiori ictu aliquid incutere uult,Iam
factum iter reuocat,ut eo fortior effectus iterum celeriori paſſu currẽ-
do id maiori impetu inuadat.Idem uobis ſit cordi,ꝙ hæc quies non
2 ob id inſtituta fuit,vt ſemper in ocio verſemini,† ſed potius vt vali-
dioribus viribus,legalibus ſtudiis incumbere debeatis,vt uobis met-
ipſis,veſtræq; reipublicæ aliquando auxilio eſſe poſsitis.
Vnde ego ad rem ipſam deuenio,& capio titulum de obligatio-
nibus,ad cuius intelligentiam anteq̃ ad illius interpretationem deue- Quinq; euidẽtia lia.
niam,Quinque præmittam euidentialia.&.primo.quid ſit obligatio:
Secundo,quotuplex ſit obligatio:& quæ ſint efficaces ad actionẽ pro-
ducendam,& quæ non:Tertio,vnde naſcantur obligationes efficaces:
Quarto,quot modis homines obligentur:Quinto,& vltimo,quę diffe
rentia ſit inter contractum,& obligationem,& actionem. Redeo ad
primum,& Quæro,quid ſit obligatio.Reſpondeo ex mente Impera primum euident.
3 toris in principio huius tituli† Quod obligatio eſt iuris vinculum,
quo neceſsitate aſtringimur alicuius ſoluendę rei ſecundum noſtræ ci-
uitatis iura,an iſta ſit bona diffinitio,habeatq; ſuũ genus,& differẽtias,
cõuertaturq; cũ ſuo diffinito,hic nõ diſputabo,ſed latius dicã in glo.i. Secũdũ euidẽt.
4 Quo ad ſecundum,quotuplex ſit obligatio† dicas ꝙ quadruplex eſt
obligatio,Alia naturalis tantum:Alia ciuilis tantum:Alia ciuilis,&
5 naturalis ſimul,Alia Prætoria:Rurſus† naturalis tantũ dupliciter cõ-
ſiderari poteſt:Naturalis ſola ab initio,& naturalis ſola ex poſt facto,
Naturalis ſola ab initio,& ipſa quoq; dupliciter conſideratur,vi-
delicet naturalis ſola ab initio propter frigiditatem contractus,&
naturalis ſola ab initio propter conditionem perſonæ.naturalis ſola Obliga. tio natu. ſola propter frigi dit.cont.
ab initio propter frigiditatem contractus,eſt illa,quæ ex nudo pa-
cto naſcitur,quæ actionem non parit ex parte actoris: Sed tan-
tum exceptionem ex parte rei,vt dicit textus in.l.Iuris gentium.§.Sed
6 cum nulla.ff.de pact.† ibi nuda pactio actionem non parit,ſed exce
ptionem.vt exemplum in eo,cui pacto nudo aliquid promiſſum eſſet,
iſte talis actionem non haberet contra promittentem:Sed ſi debitori
à creditore factum eſſet pactum nudum de nõ petendo,cõpeteret ipſi

debitori exceptio ad ſe defendendum contra creditorem agentem.§.
preterea infra de.excepti.& hoc pacto vos iuuenes optime habetis de-
7 claratum dictum.§.ſed cum nulla in.fi.† Ratio autem,quare ex pacto
nudo naturalis tantum oriatur,ea eſt quia pactum nudum eſt quædā
ſimplex conuentio,quæ à iure ciuili fomentum nullum habuit.l.in bo-
næ fidei &.l.legem.C.de pact.

Natu. ſola ꝑpter Cond. ꝑſonæ.

Secundo modo,conſideratur naturalis ſola à principio,non propter
8 frigiditatē contractus,ſed propter conditionem perſonę,† vt in quoli-
bet contractu etiam ſui natura validisſimo inito inter dominum,& ſer
uum,qui contractus,licet de ſua natura ſit potens ad producendam na-
turalem, & ciuilem obligationem. tamen propter conditionem ſerui,
qui incapax de ſe eſt eorumq; ſunt de iure ciuili.l.quod attinet.ff.de
9 reg.iur.ciuilem non parit obligationem,ſed naturalem tantum † cum
ſerui naturaliter obligentur extraneis,& etiam dominis ſuis.l.natura-
liter.ff.de.cond.inde.l.quibus diebus.§.dominus.ff.de.cōd.& demo.
item poteſt poni exemplum in pupillo contrahente cum aliis ſine tu-
toris authoritate,nam & iſto caſu pupillus obligatur naturaliter tan-
tum.d.l.naturaliter.§.fi.l.i.§.fi.ff.de noua.ciuiliter vero iſto caſu obli-
gari non poteſt,cum talis obligatio à iure ciuili ſit improbata.ſupra
de auth.Tuto.in.princ.poteſt quoq; exemplum poni iuxta terminos.l.
10 frater à fratre.ff.de condi.indebi. Aduertendum tamen eſt † q; hæc
naturalis tantum propter conditionē perſonę differt ab illa prima,quę
eſt naturalis ſola propter frigiditatem contractus:Quoniam illa nunq̄
parit actionem.d.l.in bonę fidei.&.d.§.ſed cum nulla hæc vero ali-
quando actionem,ſeu petitionem parit,vt eſt.tex.not.in.l.nec ſer-
uus.ff.de pecu.

Differentia inter ꝑdictas.oblig.

Nat.obligatio ſola ex poſt facto.

Naturalis autem obligatio ſola non à principio,ſed ex poſt facto ē,
cum ab initio,aliquis ciuiliter,& naturaliter eſt obligatus,deinde ꝑ
iudicis ſententiam eſt abſolutus.l.Iulianus.ff.de cond.indebi.& eſt
ratio,Quoniam hæc ciuilis obligatio,quæ erat contrario ciuili actu
(idest per ſententiam) fuit ſublata vt ſupra.§.fi.de.leg.agna.tut.&
hæc quantum ad naturalem tantum.

Secunda principalis ſpecies obligationis. Ciuilis ſola ab initio.

Secunda principalis ſpecies obligationis,quę eſt ciuilis tantum,
11 † & ipſa dupliciter conſiderari poteſt,ciuilis ſola ab initio,& ciuilis
ſola ex poſt facto,ciuilis ſola ab initio eſt,cum aliquis ſcripſit in chi-
rographo ſe debere ex cauſa mutui decem,quę ſibi non fuerunt nume
rata,ante biēnium ciuilis tantum naſcitur obligatio:vt hic in.glo.i.in
princ.& per Bar.in.l.ſi unus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.col.ii.
12 Item exemplum † in contractu ſtricti iuris,ubi ſit adhibitus dolus,nā
non obſtante dolo,naſcitur ciuilis obligatio tantum.l.i.§.& ideo.ff.de
except.dol.l.dolo cum.l.præcedenti.C.de inuti.ſtip.naturalis

vero

vero, quæ inæquitate fundatur propter dolum, ei contrarium non naſcitur. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de ſol.

Ciuilis obligatio ſola non ab initio, ſed ex poſt facto conſiderari poteſt in eo, qui ciuiliter, & naturaliter eſt obligatus, deinde per pactũ de non petendo liberatur: ipſum. n. pactum tolit naturalem, & poſtea ciuilis ſola remanet. d. l. Stichum. §. naturalis. & glo. d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. Ciuilis ſola. ex poſt fa. cto.

Ciuilis, & naturalis obligatio ſimul iuncta, et ipſa dupliciter conſide- Tertia principalis ſpecies.

13 rari poteſt † . ſ. ab initio, et ex poſt facto, ab initio, vt in quolibet contractu valido, ſiue de iuregentium, ſiue de iure ciuili, qui efficacẽ obligationem pariat.

Ciuilis, & naturalis ſimul ex poſt facto exemplificari poteſt in contractu literarum poſt biennium, ꝙ tempus ipſi ciuili tantum obligationi, accedit & ipſa naturalis ſecundum magis communem opinionem, Bar. in d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret col. ii. licet aliud ſenſerit glo. in. l. generaliter in ver. religione. C. de non nume. pecu. Ciuilis et nat. ſimul ex poſt facto.

14 Tolen. etiam hic notabilem tradit caſum † ubi obligationi ciuili, & naturali ſimul iunctæ, accedit & alia naturalis. vt tex. not. in. l. hæres. §. ꝙ ſi hic. ff. de fideiuſſ. vbi ſi ſeruus dedit fideiuſſorẽ pro eo ꝙ debet naturaliter tantum, & manumiſſus fideiuſſori ſuo hæres exiſtat in perſona ipſius ſerui, durat obligatio fideiuſſoria, & naturalis obligatio, quę antea erat in ſeruo, durat, vt ſi ciuilis acceptilatiõe tolatur, maneat naturalis, quæ impediat ſoluti repetitionem. Sigularis caſus Tolen.

15 Quarta eſt principalis ſpecies obligationis, quæ eſt Prætoria † & eſt illa, quæ oritur ex contractu conſtituti à Prætore inuento. l. i. ff. de con. pec. Et aduertendum eſt, ꝙ licet aliis caſibus ciuilis obligatio poſſit eſſe ſeparata à naturali, tamen nunq̃ ipſa Prętoria à naturali ſeparari poteſt: & ratio eſt, quia Prætores ſemper vtuntur æquitate. l. i. ff. de mino. l. ꝙ ſi æphęſi. ff. de eo, ꝙ certo loco ex qua æquitate oritur nat. oblig. & ex hoc contractu conſtituti oritur illa actio, quæ appellatur actio de conſtituta pecunia, de qua bonus tex. in. §. de conſtituta infra de acti. & hæc quantum ad ſecundum principale euidentiale. Quarta pricipal ſpecies oblig.

16 Quantum uero ad tertium, vnde naſcantur † obligationes efficaces, dicimus ꝙ oriuntur, aut ex contractu: aut ex quaſi contractu: aut ex maleficio: aut ex quaſi maleficio. vt infra eo. §. ſequens. & prędicta intelliguntur eſſe cauſæ materiales obligationis. Tertiũ euidenc.

Ex contractu efficax obligatio deſcendit, vt quando inter duos, plures ue, fit aliqua expreſſa conuentio, quæ à iure gentium, vel ciuili, vel Prętorio ſit adinuenta: vel ſaltem à iure ciuili comprobata. de primis duabus, eſt tex. in. l. ex hoc iu. ff. de iuſt. & iur. & in. §. ius autem. inſt. de iur. nat. gen. vel ciui. iuncta ibi glo. in verbo pene: de Prętoria loquitur Obli. ex cont.

tex.in.l.i.& per tot.tit.ff.de conſt.pec.ex iſtis contractibus efficax obli-
17 gatio oritur † qui contractus omnes formantur, & accipiunt formam, &
ſubſtantiam ſuam, aut à re: aut à verbis: aut à literis: aut à conſenſu.
vt.§.fi.infra eo.re: vt mutuum: indebitum: cõmodatum: depoſitum: & pi
gnus. de quibus omnibus loquitur ti. ſeq. verbis: vt ſtipulatione, vt in
fra de verb.oblig. literis: vt infra de lit.ob.cõſenſu: vt emptione, & aliis
Ex quaſi cont. contractibus, de quibus infra de obl. ex conſen. Ex quaſi contractu na-
ſcitur obligatio, qñ nulla expreſſa partium conuẽtio interuenit: tamẽ
propter vtilitatem perſonę intelligitur in tali caſu, quaſi contractus, vt
in eo, qui abſentis, aut ignorantis negocia adminiſtrauit. vt habetur in
§.ṗtimo infra de obl.ex qua.cont. Item inter Teſtatorẽ, & Heredem, Itẽ
Ex maleſ. inter Heredẽ, & Legatarium, per tot.ti.de ob.ex qua.con. Ex maleficio,
ſeu delicto obligatio deſcendit duobus modis, aut ex pub. aut ex pri.
18 delicto. Publicum eſt † vt lex Iul.maieſt. Pomp.de parrici. Corn.de ſicar.
& aliis de quibus infra tot.ti.de pub.iud.in quibus vere obligatio non
19 cadit † quia cũ ſint meri imperii, iudicis officio nobili expediuntur. vt
tradit Bart.in.l.imperium.ff. de iure. omni. iud. Quod officium nobile
nullam preſupponit oblig.l.is qui per colluſiõem.§.fi.ff.de acti.emp. Ideo
20 dicimus in iſtis non procedi † per viã actionis, ſed potius per viã accu-
ſationis: aut inqſitionis: aut denũtiatiõis: aut exceptiõis: vt tradit Ang.
de malefi.in pric.ver.hęc ẽ quæ. Ex priuato delicto, ꝓprie obligatio de
21 ſcendit, vt infra de oblig.ex delic. † vt ex furto: rapina: damno dato: &
22 iniuria † & ex iſtis quatuor delictis, dupliciter proſequimur, aut ciuili-
ter. aut criminaliter. Ciuiliter, quãdo petimus. vt res, aut pœna nobis
adiudicetur. Criminaliter, quando agimus, vt reus luat pœnam in cor-
pore, vel præſtet quid fiſco. vt per acti.furti, quæ olim in duplũ, vel in
23 quadruplũ dabatur. vt infra de ob.ex deli. † nec pœna mortis erat, nec
etiã membrũ aliquod abſcindi poterat. vt in auth. vt nulli iud.§.pro fur
24 to in fin. Sed quia hodie illa deciſio eſt ſublata † ex furto agimus, vt
fur luat pœnam in corpore, quæ de iure conſuetudinario eſt pœna ſu-
ſpenſionis laquei, & habet locũ, ſi fur furatus ſit aliquid valẽs quinq; au-
reos, ſi minus uirgis caſtigetur. vt in vſibus fœudorũ de pac.ten.& viol.
§.ſiquis quinq; ſolidos. de qua materia vide Iaſ.C.de prec.imper.offe.in
25 l.i.circa medium ſuæ lecturæ † aliquando euenit, vt ex furto nec obli-
gatio, nec actio naſcatur, vt furta quę fiũt lege permittẽte, vt ſi quis res
Turcharũ, ſeu aliorũ Barbarorũ ſurripuit. l.nõ ſolum.C.de con. & mer.
Item ſi quis res aleatoris ſurripuit.l. prima.ff.de aleator. Quoniam, qui
lege permittẽte facit aliquid, nõ peccat.l.Graecus.C.de adul.l.fi.ff. qui
26 ſa.da.cog.& iõ † ſtãte ſtatuto, ꝙ bãnitus poſſit ĩpune offendi, ſi ego fe-
ci pacem tecum offendente me: & ſis bannitus. ſi poſtea te offẽdo, vel
interficiam, non dicor venire contra pacem. quoniam pax intelligitur

facta quantum ad ius priuatum mihi competens,non quantum ad ius mihi iure publico conceſſum a lege. Ideo impune te poſſum occidere.l.quid ergo.§.ſi hæres de leg.primo.l.qui ſeruum.ff.de verbo.obl. tra
27 dit Por.infra qbus mod.tol.ob.in prima col.n°.6.Rurſus † hęc actio furti datur domino,& quaſi domino,& aliquando ẽt non domino contra dominum,& etiam aliis quorum intereſt rem non eſſe furto ablatam,licet non ſint domini.§.aliquando,&.§.item ſi furto.infra de obl. ex del. & datur tantum cõtra furem ſiue pubes,ſiue impubes,dũmodo ſit doli capax.l.impuberem.ff.de fur.§.in ſumma,infra de ob.ex delicto, & contra eum,qui opem,& cõſilium præſtitit. dummodo furtum ſit ſecutum l.ſi is.ff.de fur.ſecus ſi conſilium tãtum.§.interdum.infra de obli.ex del. mortuo autem ipſo fure,non datur cõtra hæredem,quia pœnalis eſt vt infra de per.& tem.act.§.non autẽ.Verum tamẽ eſt,ꝙ ipſi domino datur contra quemcunq; poſſeſſorem rei vendicatio,& conditio furtiua datur ad uerſus furem:hæredem ve eius,licet nõ poſſideat.§.ſi.infra de ob.ex delic.l.ii.C.de fur.& in ſumma iſtę actiones pœnales differunt à
28 ciuilibus,quia ciuiles hæredi,& in hæredem dantur perpetuo † Pœnales vero in hęredem rei non dantur,licet hæredi ipſius domini detur excepta actione iniuriarum,quæ omnimodo per mortem actoris,aut
29 rei finitur.d.§.non autem.& ibi † ratio aſſignatur à glo.quia ante litem conteſtatam,actio iniuriarum non erat in bonis noſtris.ff.de Iur. l. iniuriarum actio.§.iii.in princ. & ratio rationis eſt,quia nihil iniuriato de patrimonio ſuo abeſt,nec reo aliquid adeſt.ff.de col.bon.l.cum emancipati.§.emancipatus.

Ex quaſi delicto oritur obligatio,cum quis neq; ex dolo,neq; ex lata culpa, ſed forte ex imperitia,ſiue negligentia ſua,vel ſuorum conueniri poteſt,vt infra de ob.ex qua.del.in princ. & per totum vbi inter alia exempla traditur illud de Iudice, qui non dolo,ſed propter errorem,aut imperitiam aliquid iudicauit iniuſtum,& punitur ex hoc qua **Ex quaſi delicto.**
30 ſi delicto,vt litem ſuam faciat † quæ pœna eſt in arbitrio iudicis,& debet habere rationem ſumptuum.& damnorũ partis læſæ. Et hoc dicas procedere quando pars læſa non prouocauit,vel prouocauit,& in cauſa appellationis obtinuit,ſecus ſi in cauſa appellationis ſuccũbit,Quoniam per hanc ſecundam ſententiam prima iniuſta firma maneret.l.pro Conſulibus.C.de appel.

31 Quantum ad quartum breuiter dicendũ eſt † ꝙ homines altero de duobus modis obligantur,aut proprio noĩe,aut alieno.Proprio,quando aliquis in aliquo cõtractu ſe obligat,ſeu promittit,Nomine alieno, quando pro alio aliquis promittit,qui fideiuſſor appellatur.l.i.§.ſed autem.ff.de act.& oblig. **Quartũ euident.**

Quantum vero ad quintũ,& vltimum euidẽtiale pertinere videtur **Quintũ & vlti. euidenc.**

videlicet † quæ differentia ſit, inter contractum: obligationem: & actionem: Nam contractus, ſeu ipſum contrahære eſt facti, & in facto conſiſtit, vt emere, locare. l. conſilio. §. fi. ff. de curat. furi. & eſt triplex contractus, proprius: improprius: & magis improprius de quibus poſtea dicemus infra, dum recitabimus dicta Port. in Rub. vbi etiam examinabimus quæſtionem de ſtatuto loquente de contractu † Et animaduertendum eſt, ꝙ contractus ſunt facti, quo ad ipſum contrahære, & ſic dũ in eſſe deducuntur, ſed poſteaꝗ ſunt ad eſſe deducti, dicũtur iuris, quoniam ſtatim obligatio ex eo oritur, quæ eſt iuris, vt in diffinitione eius apparet quotuplex ſit hæc obligatio. ſupra ſecundo euidentiali latiſſime fuit enarratum. Ex qua obligatione poſtea actio naſcitur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. & hæc quoꝙ actio iuris eſt, vt ex diffinitione eius apparet infra de acti. in princ. vñ primo datur cõtractus, deĩde ex contractu naſcitur obligatio, tanꝗ filia contractus, & ex obligatione naſcitur actio, tanꝗ neptis contractus. glo. in. l. eandem. §. actiones ff. de except. rei iud. vñ obligatio dicitur ius, propter qd proſequimur in iudicio nobis debitum, ſed actio dicitur ius, quo proſequimur nobis debitum glo. infra de act. in princ. ver. ꝗ ius poſſeꝙ in hac materia obligationum, & contractuum † differentiam apponere, inter ſtipulatiõem: conuentionem: promisſionem: nudum pactum: & pollicitationem: Nam primo Stipulatio à cõuentione differt, vt ſpecies à ſuo genere, quoniam Conuentio eſt nomen generale ad omnem contractum, & diſtractum, ſiue re: ſiue verbis: ſiue literis: ſiue conſenſu: per nuntium, vel per epiſtolã, ſiue expreſſe, ſiue tacite fiat. l. i. §. conuentionis. ff. de pac. cũ ſimilibus, ſtipulatio eſt promiſsio, verbis tantum facta. l. v. §. ſtipulatio. ff. de ver. obl. Promisſio vero habet & ipſa nomen generale, quoniã adaptatur ad pactum: & ſtipulationem: & pollicitationem: anguſtior tamen eſt, ꝗ conuẽtio. l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædili. edic. Nudũ Pactum eſt proprie, qñ quis non interrogatus promittit, ita tamen vt is cui fit promiſsio, conſentiat, licet promittentem non interrogauerit, vnde quę contrahitur ꝑ nudi conſenſus miniſterium, ſine verborum ſolemnitate, & nulla cã promisſionis exiſtente, non parit actionem. l. iur. gẽt. §. ſed cum nulla & ibi not. ff. de pac. Pollicitatio vero eſt quando vnus promittit, & alter nec tacite, nec expreſſe conſentit promisſioni. l. pactum. ff. de pollic. & ſolet hæc pollicitatio cõmuniter fieri inter abſentes per literas, vel per nuntium. Vnde habes quid differat pactum nudum à pollicitatione, & qd ſtipulatio à conuentione, & promiſſione, quę omnia dilligenter ſunt notanda pro terminis contractus, & obligationis, hæc etiam tradit Iaſ. ff. de verb. obl. in Rub. circa principium.

33 (beside "bimus quæſtionem")

34 (beside "garionum, & contractuum")

Differẽtia inter ſtipulationem: cõuentionem: pmiſſionẽ: nudum pactum: & pollicitationẽ.

Iſtis ſic pręmiſis, deuenio modo ad titulum, pro cuius expeditione, capio glo. Rub. quę propter ſui breuitatem commodã diuiſionem nõ

Gl. rub.

recipit,

recipit,ſed tantum ex mente Imperatoris continuat titulum ad præce-
dentia, hoc pacto,ſupra lib.primo vſq; ad ſecundum dictum fuit de ꝑ
ſonis,in ſecundo,& tertio hucuſq; de rebus,nunc vero de act. erat dicẽ
35 dum. vt promiſerat in.§.fi.ſupra de iur.nat.gen.& ciui. Sed quia †obli
gatio eſt mater actionis.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu. ideo de acti.
tractaturus præmittit de oblig.tanquàm de earum matre,& hęc conti
nuatio fuiſſe videtur de mente Imperatoris,quatenus dicit (nunc tran-
ſeamus)quæ cõmuniter a ſcribẽtibus eſt recepta, non tamen q; hæc ſit
continuatio,ſed potius ſubordinatio,Quoniam cõtinuatio dicitur, quæ
de eodẽ tractatu, eadẽq; mã fit.l.continuus.ff.de ver.obl.in princ.Subor
dinatio vero,quæ fit de diuerſa materia a pręcedẽti,vt in caſu noſtro,
ſed contra iſtam continuationem plura videntur vrgere. 1.Arg.

Et primo,q; dicit Nic.de Neap.infra de act.in Rub. n°.2. ex men-
te Butrig.videlicet q; attenta iſta continuatione glo. non tractatur iſta
36 in ti.d act.d real.acti.†Q rñ actio realis nõ habet obligationẽ,imo nullã
ꝓſuponit oblig.§.i.infra de act.Sed realium acti.cauſa eſt dominum,vel
quaſi ex parte actoris,poſſeſſio vel quaſi ex parte rei,vt.ff. de rei ven.l.
in rem. C. de alienat. iud.mut.cauſa fac. l.unica

Contra iſtam continuationem facit ſecundo tex.in. l. 2ª. ff. de ſtatu. 2.Arg.
hom.ibi proximos, atq; coniunctos applicantes titulos, pro vt ipſa res
patitur, dicemus hic a remotis ergo falſa.

Tertio facit,quia cotinuatio debet fieri in ſpecie,non autem in ge- 3.Arg.
nere,vt.§.fi.ſupra de iur.nat.gen.& ciui.& ſupra de ius.& iu.§.fi. & per
quas perſonas nobis acquiritur.§.fi.in quibus omnibus tit.fit cont. tit.
ad tit.in ſpecie,ſed hic talis continuatio in genere efficitur.g°.&c.

Quarto facit,quia nondum eſt expletus tractatus rerum,quia de re 4.Arg.
bus peragitur,etiam poſt tit. noſtrum vſq; ad titulum de act.quia per-
agitur quemadmodum res efficiantur nobis debitæ,& obligatæ, vt in-
fra quib.mod.re.cont.oblig.

Quinto facit,quia ſi Imperator tractaturus de act. voluiſſet prępone 5.Arg.
re matrẽ.obl.eã prępoſuiſſet ſtatim ante tit.de act.Sed inter tit. noſtrũ
& tit.de act.poſuit multos titulos,vt mand.ſocietas,et alios.g°.&c.

Sexto facit, quia ſi Imperator habuiſſet iſtud in intentione, quod 6.Arg.
mater debeat pręcedere filiam, præpoſuiſſet etiam contractus ipſi
oblig. Cum ex contractibus oriantur obligationes. l. & an eandem. §.
actiones.ff.de except. rei iud.vbi glo.verbo cauſæ.

Septimo, & vltimo facit ad probationem prædictorum, Quoniam 7.Arg.
Imperator in tit.de act.in princ.videtur ſe ipſũ continuare ad d.§.fi.ſu-
pra de iur.nat.gen.vel ciu.vbi dicit, ſupereſt,vt de act.loquamur. Vnde
doctores Petr. de Bel.Per Nico.de Neap.vt hic etiã tenet Faber, duas
alias tradunt continuationes.

Alia cõti nuatio.

Quarum prima eſt talis ſupra tit.de rerum diuiſione vſq; ad hunc tit.dictum eſt,qualiter aliquid fiat noſtrum tit.ſingulari,& tit. vniuerſali,vt in tit.de don.tit.de vſucap.tit.de hære.inſt.tit.de hęred.quę ab intes.def.& fidei com.hære. Nunc modo ſequebatur videre, quomodo aliquid fiebat nobis debitum,Hæc tamen continuatio nõ placet,ratio eſt,quia non ſolum fuit tractatum ſupra de rebus.quæ iure ſingulari, uel vniuerſali noſtræ efficiuntur, verum etiam de rebus,quæ nullo pacto ſunt noſtræ,vel eſſe poſſunt,vt ſupra de rer. diu.§. nullius cum tribus ſequentibus.vnde cum iſta continuatio non reſpiciat totam materiam præcedentium tit.non videtur bona.

1.Oppo.

Secundo facit,quia ſi Imperator voluiſſet habere rationem acquiſitionis rerum tit. particularis, & tit. vniuerſalis,& poſtea acquiſitionē tractare,quemadmodum res efficiantur nobis debitę.Certe Imperator feciſſet tractatum acquiſitiõis tit.par.ſeparatũ à tractatu acquiſitiõis tit. vni. Sed ante tit.de leg.pręponit tit.de hęr.inſt.& poſtea de leg.de hęr. quę ab intes.def.vnde prædicta non videntur habere rationem.

2.Oppo.

Secunda continuatio eſt prędictorum,nam ſupra tit.de reb. corp.& incorp.fuerũt enumeratę plures res incorporales,vt ſeruitus: vſus:habitatio:vſus fructus:hęreditas:& oblig°. de quibus omnibus prætcrq̃ de

2.Conti nuatio

37 ob.fuit tractatum,nunc modo ſequebatur videre † de oblig.& act.quę ſunt res incorporales.

Et primo de obliga.quæ eſt mater actionis d.l.licet.§.ea obliga.ff.d proc.& infra de verb.ob.in princ. Hæc tamen continuatio non placet,& certe videtur deſtrui per eam ratiõem,quam mihi tradit Tol.n°. 30.videlicet ſi in ſuperiori libro fuit dictum de reb.incor.hoc incidenter fuit dictum,eo quoniam principalis intentio Imperatoris fuit tra-

1.Oppo.

38 ctare de rebus in genere † & quoniam,quando in aliqua lege verba incidenter ſunt prolata,non attendimus,quæ incidenter ſunt prolata,ſed quæ principaliter proferuntur,quum ad illius legis deciſionem.c.ſi Papa de priuileg. in vi.l.1.ff.de cõſ.tut.Præterea dicit Tol.ſi nos volumus attendere ipſas res incorporales,quare poſt tit.de ſer.nõ tractauit ſtatim de obliga.arg°.l.1.§.quartus autem.C.de vet.iur.enuc.facit etiam,quoniam Imperator nõ loquitur de act.in tit.de reb.cor.& incor.vnde tolletur ratio,in qua fundata eſt prędicta ratio continuationis.

2.Oppo.

39 Rurſus autem in via diſputatiua ſuſtineri poſſet,Et primo,quia † validum eſt argumentum à coniunctione duarum legũ.l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſt.& ibi doctores,ſed in d.§.fi.ſupra de iur.nat.gent. & ciu.dicit,q; ius noſtrum vertitur circa tria,circa perſonas:res:& actiones.deinde in tit.de rebus corp.& incorp.in n°. aliarum rerum incorporalium,ponit obligationem,& nihil dicit de actione, quantuncumq; ſit res incorporalis,Ergo datur intelligi,q; voluerit Imperator cõpic-

Cõprobitur. 2. cont.

hendere obligationes ſub tractatu rerum incorporalium,actiones vero
40 ſuo loco ſeruire, vt ſupra d.§.fi.maxime † cum appellatione rei,contra-
ctus,& obligationes contineantur.l.nominis,& rei.ff.de verb.ſig.& etiã
ſeruare videtur,dum infra de actionibus dicit, ſupereſt, vt de actioni-
bus loquamur.

Nec obſtat, ſi dicatur, q cum Imperator in d.§.fi.fecerit mentionem de obligationibus in quandam neceſſariam conſequentiam, voluit etiã (Tollitur cõtrariũ.)
41 habere rationem ad actiones † quoniam conceſſo vno videntur etiam omnia ea conceſſa,ſine quibus id conceſſum eſſe non poteſt.§.idem iuris.ſupra ex quib.cau.man.non lic.& ſupra qui Teſt.tuto. dari poſſ.in princ.l.ii.ff.de iuriſd.om.iu.Quoniam ad iſtud ego reſpõdeo,q non ſem per ſequitur,q habita mentione actionis in quandam neceſſariam con ſequentiam,habeatur etiam mentio de obligatione, tanquàm ſuum ne-
42 ceſſarium antecedens † quoniam ſępe actio ſine obligatione,& econtra. reperitur,vt actio realis,quę nullam præſuponit obligationem,vt infra de actione. § .1. Item obligatio ſine actione, vt obligatio naturalis tãtum.l.iuris gentium.§.ſed cum nulla.& ibi.not.ff.de pact.l.fideiuſſor §.fideiuſſor.ff.de fid hæc vero diſputandi gratia fuerunt adducta,a cõ- muni tamen opinione non eſt recedendum,quam amplectendo,proti- nus ceſſabunt in contrarium ſupra adducta. (Cõmu. conc.ſal- uatur.)

Nec obſtat primum, q adducebat Nico.de Neap.Quoniam reſpon-
43 deo, q glo.noſtra continuat eo modo,vt ſupra dixi, intelligendo † de actione perſonali,quæ oritur ex obligatione,& quæ vere,propriecp ap- pellatur actio,nõ autem de reali,quæ proprio no mine actionis non cõ prechenditur,ſed potius nomine petitionis.l.actio.ff.de act.& obl.l.pe- (Tollitur primũ.)
44 cuniæ verbum.§.actionis.ff.de verb.& rer.ſig.† vnde cum verba proprie, & non improprie ſint intelligenda.l.non aliter de leg.iii.hæc glo.faci- ens mẽtionem de actione intelligi debet de propria actione perſonali, & proptèrea continuare hunc tit.a tit.de act.intelligendo de actioni- bus perſonalibus,quæ ex obligatione naſcũtur. Vel alio modo reſpõ- deo,q licet in titulo de actionibus tractetur gnaliter de omnibus actio nibus,tamen eadem ratione,qua tractaturus de perſonalibus, hic præ- miſit de obligationibus,tanq̃ de earu m cauſa, pari ratione tractaturus de realibus,pręmiſit ſupra de rerum diuiſione,& de donationibus,vbi (Alia reſ.)
45 de † dominio rerum acquirendarum tractatur, tanquàm de cauſa actio nis realis.l.in rem actio.ff.de rei.uendi.

Item tractaturus infra de act.de actione cõfeſſoria,& negatoria,de q
46 bus in.§.æque † præmiſit ſupra tit.de ſeruit.tanquàm de ſua cauſa, vt
47 d.§.æque † Item tractaturus infra de act.§.aliç.de actione publiciana præmiſit ſupra de vſucap.ex quibus hæc actio cauſatur pari ratione, & in caſu iſto tractaturus de actionibus perſonalibus, infra de act.erat

præmittendum de obligationibus,tanq̃ de earum cauſa d.l. licet.§. ea
obligatio de proc. Verum eſt,ꝙ attenta hac mea conſideratione pro ſo-
lutione ſupra dicti contrarii, dubia redderetur opinio Aret.aſſerentis,
ꝙ in hoc titulo de obligationibus incipit tertia pars principalis huius
operis, cuius opinionem ego infra tenebo, Ideo prima reſponſio vide-
tur ſatis tuta.

Tol. 2 argm. Non obſtat ſecundum argumentum in d.l.ii.ff.de ſtat.hom.Quoniã
48 in caſu noſtro † continuatio ideo non efficitur ad proxima, quia mate-
ria non patitur, cum ante hunc tit.præcedit tit.de ſucceſſionibus ſubla
tis,& d.l.ii.procedat,vt ad proxima facienda ſit continuatio,ſi materia
patitur, vt ibi, pro vt res patitur. Nec obſtat,ſiquis diceret,ꝙ melior eſ
ſet continuatio huius tit.ad tit.de reb.corp.& incorp. q̃ ad d.§.fi. tanq̃
ad magis proxima.Quoniam & in hoc caſu ad remota efficeretur con-
tinuatio,quia plus,& minus non facit,ꝙ res dicatur magis,vel minus ꝓ
49 xima,cum † proximus is tantum dicatur, quem nemo antecedit. l. proxi
mus. ff. de verb. ſig.

Tol. 3. Non obſtat tertium,Quoniam fateor,ꝙ in ſpecie ſit facienda conti-
nuatio,quando materia patitur,ꝙ non eſt in caſu noſtro,ideo in gene-
re efficitur habita ratione ad tractatum actionis.

Tol. 4. Non obſtat quartum,Quoniam licet poſt tit.noſtrum ſtatim ſequẽ-
ti tit.quibus mod.re.contra.obl. de rebus videatur tractare,tamen, cum
ibi principalis intentio nõ ſit tractare de rebus, ſed de obligationibus,
50 licet in eis res interueniant † & ſemper inſpicimus, ꝙ principaliter agi
tur, non ꝙ in conſequentiam venit.l.i.ff.de auth.& conſen.tuto.c. ſi Pa-
pa de priui.in.6.Ideo cum principalis intentio Imperatoris ſit tractare
in tit.quibus mo.re.cont.ob.de obligationibus, vt ex ipſius tit. inſcri-
ptione apparet.eſt habenda ratio ad obligationes,& non ad res, de qui
bus incidenter ibi tractatur.

Tol. 5. Non obſtat quintum,Quoniam licet Imper. ante titulum de actio-
nibus ſtatim non propoſuerit titulum de obligationibus,tamen omnia
ea, quæ ab hoc titulo vſq; ad titulum de actionibus tractantur,reſpici
ent ortum ipſius actionis perſonalis,cum tituli intermedii ponant ma-
teriam contractuũ,ex quibus actiones oriuntur infra titulo primo poſt
principium.

Tol. 6. Non obſtat ſextum,Quoniam reſpondeo, ꝙ principalis intentio eſt
tractare de obligatiõe,tanquàm de cauſa proxima,& immediata actio
num. Verum, quia infra in. §. ſequenti incidenter dixerat Imper. quòd
obligatio aut oritur ex contractu,aut ex quaſi.Et Rurſus, quę ex con-
tractu oriuntur, aut contrahuntur re:aut verbis:aut literis:aut cõſenſu:
vt in fine huius tit. Ideo in quãdam conſequentiam poſt hunc titulum
debeat tractare de iſtis contractibus, de quibus occaſione obligationis

incidenter in fine huius tit. dixit, & inſpicimus q; principaliter agitur vt ſupra dixi.

Non obſtat ſeptimum & vltimum Quoniã ego reſpondeo, q; principium tituli de actionibus aliter debet intelligi, videlicet q; cum ſupra in hoc ti. de obligationibus (ex quibus cauſantur actiones) loquutus fuerit Imperator, non in merito dicit infra de actionibus, ſupereſt vt de actionibus loquamur. Tolitur. 7. & ult.

ISTIS modo argumentis ſic reiectis cõmunis gloſæ cõtinuatio poſſet comprobari iſto medio, per quod, ſecunda continuatio Fab. quã ego ſupra nouo Argumento nixus ſũ ſuſtinere, deſtructur, videlicet per tex. ſupra de vſu & hab. §. fi. vbi inquit Imper. poſt tit. de reb. corp. & incor. hæc de ſeruitutibus, vſu, & habitatione, dixiſſe ſufficiant. de hæreditati autem, & obligationibus ſuo loco preponemus, ex quibus clare apparet quòd quamuis obligatio ſit res incorporalis, ſicut aliæ res de quibus ſupra de reb. corp. fuit dictum, tamen obligationes non erant ponẽde ſimul cum aliis, ſub tractatu rerũ incorporalium, cũ dicat d. §. fi. de obligationibus, poſtea ſuo loco præponemus, quaſi dicat Imper. tũc de obligationibus preponemus, cum de actionibus loquemur, ſecundum quòd promiſerat in. d. §. fi. ſupra de iur. nat. gen. & ciu. tanq̃ obligatio ſit cauſa & mater actionis. Vno medio com pbatur. cõ. cont.

Rurſus contra rationem gloſæ, in qua ipſa fundat ſuam cõtinuationem, videlicet, quòd ideo tractat de obligationibus, quia tractaturus de actionibus, præmittendum erat de obligationibus, quia obligatio mater eſt actionis, ſed contra iſtam rationem glo. Oppono quoniã hac 1. Arg. cõtra ratio nẽ glo.
51 ratione attenta † cum eccleſia ſit mater fidei. l. Iubemus. C. de ſa. ſan. eccl. debebat præponere titulum de ſa. ſan. eccl. titulo de ſũma tri. fi. chat.
52 & tamen contrarium fecit. Imper. Secundo † ex delictis naſcuntur accuſationes tamen primo tractatur in. ff. & in. C. de accuſationibus, & poſtea de delictis. Ergo ratio in qua fundatur, continuatio glo. non eſt bona, Reſponde quòd ideo præpoſuit titulum de ſũ. tri. & fide. chat. quia tractaturus iura populi Romani, debebat, præponere titulum de ſum. trin. & fi. Chat. tum quia in vnaquaq; re inuocatio diuini numinis eſt facienda, cum etiam quia fides ipſa catholica eſt fundamentum eccleſiæ. argumento. c. cum. paulus prima quæſtione prima. Ideo præpoſuit tit. de ſum. trin. & fide tit. de ſacr. ſant. eccle. tanq̃ fundamentum ipſius eccleſiæ ſit fides catholica ſine quo fundamento eccleſia non ſubſiſteret. 2. Arg. Sol. ad 1

Non obſtat ſecundam, quoniam ideo prępoſuit de accuſationibus, Sol. ad 2
53 poſtea de delictis † quia non præcedunt dando formam delictis, quoniam viderentur ea approbare. Sed potius imponendo in eis pœnam, vt in illis titulis apparet & cum delicta puniri non poſſint ſine accu-

ſatione præcedente. Nimitum ſi præmiſſerunt de accuſationibus, vnde ex prediƈtis non ſolum eſt ſaluata communis glo. continuatio, ſed etiam ratio ipſius continuationis, in qua ſe fundauit glo. & tenendo hanc cō- tinuationem, optime teneri poteſt opinio Aret. aſſerentis, ꝙ in iſto titu

Hic inci pit. 3. ps. lo incipiat tertia pars principalis huius operis, contra quam opinionē

1. Arg. tria videntur obſtare, primo tex. in d. §. fi. ſupra de iu. nat. gen. & ciui. vbi

2. Arg. ius noſtrum pertinet ad perſonas: ad res: vel ad aƈtiones. Secundo fa- cit quoniam ſupra de reb. corp. & incorp. poſuit obligationem in nume ro rerum incorpotalium, & nullum uerbum de aƈtione, quæ pariter eſt res incorporalis, ut ex eius diffinitione appatet, ex quo clare datur in- telligi, ꝙ obligatio ſub traƈtatu rerum contineatur, aƈtionis veto tra- ƈtatus ſit ſeparatus, & ptincipalis traƈtatus de ſe, vt d. §. fi. Comprobatur

3. Arg. hoc optima ratione, Quoniam ſicut omnes illę res, de quibus habita fuit mentio, ſupra in tit. de reb. corpo. continentur ſub ſecunda parte rerum, pariter & ipſa obligatio: de qua ibi mentio habetur ſimul cum prædi-

54 ƈtis debet ſub ſecunda parte contineri † vt vna determinatio reſpici- ens plura determinabilia, pariter ea determinet. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. verum quia communis continuatio glo. à nobis eſt recepta, Ideo debemus etiam firmiter tenere, ꝙ hic incipiat tettia pars princi palis diuiſionis huius operis.

Sol. ad. 1. Nec obſtāt adduƈta in contrarium, & ptimū quoniam licet Imper. fecerit mentionem de aƈtionibus in d. §. fi. & non de obligationibus, hoc fecit, quoniam conſiderauit, ꝙ loquendo de aƈtionibus in quandam ne- ceſſariam antecedentiam ratione connexitatis, erat neceſſe traƈtare de

55 obligatione: † cum connexorum idem ſit Iudicium, & dicitur de uno, & de altero iudicatur. l. quid ergo. §. contrario iudicio. ff. de vti. & contr. aƈt. rute. & facit ꝙ inſigniter notat Bart. in. l. inſtitutionibus. ff. ad muni-

56 ci vbi vult † ꝙ ideo ſtatutum ſit ſtriƈtis iuris, quoniam aƈtio ex ſtatuto eſt ſtriƈti iuris. §. aƈtionum infra de aƈt. ibidē dicit Bart. ꝙ licet. §. aƈtio- num loquatur tantum de aƈtionibus, idem tamen intelligendum eſt de obligationibus, & contraƈtibus, vt ille obligationes ſiue cōtraƈtus ſint bonefidei quæ pariunt aƈtionem bonefidei † quoniam talis præſumitur

57 cauſa quale eſt cauſatum. l. manumiſſiones. ff. de ius. & iu.

Sol. ad. 2. Nec obſtat ſecundum quoniam licet. Imper. ponat obligationem in numero rerū incorporaliū, non tamen intendit eas ſub ſecunda parte re rum ponete ꝙ clare cognoſcitur ex. d. §. fi. ſupra de vſu & habi. vbi inquit Imper. hæc de ſeruitutibus vſu & habitationę dixiſſe ſufficiant, de obli gatiōibus ſuo loco prępronemus. Quaſi dicat, cū de aƈtiōibus loquamur.

Tolitur compro batio. Nec obſtat ꝙ tertio pro comptobatione adducebā: videlicet ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariter deter- minare, quoniam reſpondeo ꝙ pariter determinat omnia, q̄tum ad hoc

ꝙ illę res de quibus mentio ibi habentur ſint res incorporales. Secus
q̄tum ad hoc ꝙ ſub ſecunda principali parte rerum contineatur. obli-
gatio vt d.§.fi.ſupra de vſu & habit. Ex glo.Rub.colligit hic Por. ꝙ 1.Con. glo.
obligatio ſit mater actionis.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.& infra de obli.g.eſt
ver. obligationibus poſt princ.& ob id quia mater eſt actionis ſecun- mater
dum ordinem intellectus,qui eſt attendendus ſemper: obligatio intel- actionis
ligitur præcedere actionem quoniam ordo intellectus potius q̄ ſcriptu
ræ eſt attendendus.l.nec.n.ff.de ſol.l.ii.§.prius.ff.de.vulg.& pup.&.§.an
te heredis ſupra de leg.immo plus inquit alibi Bal.in.l.illud.ff.de ac-
qui.hære.quòd fingitur primo fieri,quod primo faciendum eſſet.& ali-
58 bi idem Bal.in.l.cum pater in.§.fidei tuæ.ff.de leg.2.† ꝙ vbi apparet or Tolitur
do iuris vel intellectus,non curatur ordo verborum vel ſcripturæ per tacitum
quam declarationem tolitur vnum contrarium quod ſumebatur ex Rub. cont.
ff.&.C.vbi prius inſcriptum eſt de actionibuus poſtea de obligationi-
bus, licet ordine ſcripturæ actio præponatur tamē ordine intellectus
qui vt dixi eſt attendendus,intelligitur præpoſita obligatio tanq̄ ma- Oppo.
ter actioni tanq̄ filiæ.& ſi inſtares vt hic in additionibus tradit. Iaſ. ſi
ordo intellectus & non ſcripturæ ſeruatur,ſequeretur ꝙ etiam in hoc li-
bro Imper. præpoſuiſſet tit.de actionibus tit.de obligationibus non ma
le feciſſet:quoniam ordine intellectus intelligeretur præpoſita obliga-
tio. Reſponde vt hic reſpondit Iaſ. ꝙ imo male feciſſet quoniam in.ff.& Sol.
C.attenditur ordo intellectus,qui in caſu iſto nō eſt attendendus. Ra-
tionem autem diuerſitatis aſſignat quia in.ff.&.C.in ſcriptum eſt ſimul
59 de actionibus & obligationibus † & in his quæ ſimul & coniunctim ſi
unt non eſſe dare prius.nec poſterius.nec attendimus quid prius pona
tur aut ſcribatur.l.quidam in teſtamento.ff.de pec.leg. at in iſto libro
cum Rubricæ ſint diuiſim & ſeparat poſitæ , tunc bene attendimus
quid ſcriptura præcedat aut ſequatur vt in ſimili tradunt doctores, Bar.
in.l.ii.§.prius in ver.quidam.ff.de vulg.& pup.& hic per Port.vt inquit
Iaſ.ſupra de vul.ſub.in fi.prin.& ſupra de pup.ſub.§.liberis n°.50.quod Cōpro-
ego cōprobabo.Quoniam libri.ff.&.C.ad eruditos pertinent at libri in batur
ſtitutionum propter Iuuenes fuerunt æditi qui non ita bene ordinem sol.Iaſ.
intellectus poſſunt reſpicere ſed tantum ſcripturæ hoc etiam ſatis ſua-
60 deri poſſe videtur † Quoniam vbicunq; ordo eſt neceſſarius ille ordo
non debet prætermitti,immo ad vnguem obſeruari.l.prolatum.C.de
ſententiis & interlocutionibus, omnium iudicum vbi ſi ordine iudicii
non ſeruato,prolata fuerit ſententia, illa ſententia non habet vim rei
61 Iudicatæ & dicit glo. † ꝙ ordo iudiciarius eſt, ꝙ libellus offeratur lis
conteſtata ſit, iuretur de calumnia, & ſi iſte ordo iudiciarius,non fuerit
ſeruatus,non valet ſententia:ſed ſic eſt ꝙ ſecundum communem omniū
doctorum opinionem ordo tit.eſt neceſſarius.l.ii.de ſta. hom. ergo fuit

neceſſe præmittere hunc titulum titulo de actionibus alitet maleſeciſ-
ſet. Vnum tamen incidenter ſit dictũ contra tex.in.l.nec.n.ff.de ſol. vbi
non ſcripturæ ordo ſed intellectus inſpicitur & etiam contra tex in d.l.
quidam in teſtamento.ff.de pec.leg.nam contra iſta duo iura facit lex.l.
ſiquis habens.ff.qui & à quib.& l.quoties.ff.de vſufruc.

62 Reſpondeo † ꝙ ibi ordo ſcripturæ attenditur, quia ordo ſcripturæ
63 concordat, cum ordine intellectus & voluntate teſtatoris † qui primo
nominatos, prædiligere videtur, arg° l.qui ſoluendo.la.2.ff cōdi.& demo.
Ange. hoc nota. ff.de hęr. inſt.l. publius in fi. ff. de cond.& l.hæredes
mei ff.ad trebel.l.generaliter.§.ſiquis ergo.ff.de fid.lib.in princ.Contra
Oppo. Por. cōtra cō. glo.
quam concluſionem opponit Por. hic dum ſequitur dicendo ſi verũ eſt
quòd obligatio ſit mater actionis deberet parere filiam ſibi ſimilẽ nõ
64 autem diſſimilem pro vt facit quia † nihil tã naturale eſt q̃ vnũ quodq;
ſibi ſimilem generare.l.prima.ff.de ius. & iur. quæ tex.iudicio meo po-
teſt probare ibi dum dicit liberorum procreatio ſed melius facit tex. in
l.nõ ſũt.ff.de ſta.hom.& l.ꝙ ſi nolit.§.q mãcipia.ff.de edi.edit.Sed obliga
65 tio parit actionẽ ſibi diſſimile † q̃a obligatio eſt de iure gẽtiũ actio vero
de iure ciuili.l.ex hoc iure.ff.de iu.& iu.l.ii.§.deinde ex his.ff.de oti.iu.

Sol.
Soluit hic Port.ex mente Cini quæ ſolutio ſi recte inſpiciatur hoc im
66 portat videlicet quòd † licet actio naſcatur ex obligatione non tamen
naſcitur ex ſola naturali quia illa non eſt potens per ſe ad producendã
actionem l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pac.ſed neceſſarius eſt cõ
curſus etiam obligationis ciuilis quæ ſe habet vti pater & cauſa agens
ad producendam actionem vt dicit Bart.d.l. iuriſgentium.§.quinimo
col.4.& l.ſi vnus.§.pactus ne peteret & in l.prima col.4.& 6.ff. de pac.
l.frater a fratre col.5.& l.Iulianus col.x.ff.de cond.indebit.Cum igitur
actio producatur ab obligatione ciuili tanq̃ eius patre nimirum ſi etiã
ipſius patris naturam ſequitur in hoc vt de iure ciuili dicatur, quem-
admodum eſt eius pater argumento §°.ſi.ſupra de patr.pot.vbi filius ſe
Cõprobatur ſol. Cini
quitur patrem, & nõ matrem quantum ad poteſtatem optime facit tex.
in.§.primo ſupra de leg.agnat.tut.facit l.iuris gẽtiũ.§.primo.ff.de pact.
vbi ex cõtractu permutationis oritur obligatio ciuilis quę parit actio-
67 nem ciuilem & ſic ſibi ſimilem facit etiam quia † anteq̃ obligatio eſſet
a iure ciuili approbata non pariebat actionem ſed poſteaquàm a iure
ciuili fuit approbata.l.ii. poſt.princ.ff.de orig.iur.ergo cum obligatio
poſt approbationem iuris ciuilis pariat actionem ciuilem non dicitur
parere actionem ſibi diſſimilem. Et per hoc non obſtaret ſi contra iſtam
Tollitur tacitum cõtrariũ
ſolutionem Cini opponatur ſi verum eſt quòd ciuilis & naturalis obli-
gatio producat actionem ergo actio debet denominari ab obligatio-
ne iur.gent.tanquàm a digniori & antiquiori.l.i.ff.de acqui.rerũ dom.
68 l.in finalibus.ff. finium reg.vbi † ſenioribus teſtibus ſtandum potius q̃
iun.oribus

iunioribus &.§.ſingulorum ſupra de rer. diu.tex.not.in.l.fi.ff.de fide.in
69 ſtru.† vbi ſcripturæ ſi nõ ẽ alius literatus apud fratrem ſeniorem debẽt permanere.& eo maxime quia ius gentium immutabile,ciuile vero mu tabile.§.pen.ſupra d iu.na.gẽ.& ciu.Quoniã ad iſta patet reſpõſio,nã cum
70 actio non ab obligatione iuris gentium,ſed ciuili producatur† debet denominari ab ea parte,a qua magis incaleſcit.Bar.in.l.ab emptio.ff.de contrahen. empti.l.cum quæritur.ff.de ſta.ho.Nec obſtat quòd denomi natio debeat fieri a digniori,qa pluribus caſibus hoc fallit.vt in.c.ii.extra de conuer. infid. vbi matrimonium a matre non autem a patre appella
71 tur.† videmus etiam conſenſum verbis digniorẽ eſſe.c.intelligentia ex de ver.ſigni.& tamen ſtipulatio a verbis,non autem a conſenſu denomi natur.Quãuis iſtis ſpecialibus caſibus facile reſponderi poteſt,& dici ad primum id optima ratione factum propter onera matrimonii,vel quia
72 mater eſt ſemper certa † pater autem eſt quem nuptiæ demonſtrant.l.
73 quia ſemper.ff.de in ius vocan.ad ſecundum dici poteſt † quia verba erant ipſius ſtipulationis proprium & particulare,conſenſus autẽ quid generale.l.i.§.adeo.ff.de pac.Duas alias ſolutiones ad iſtud contrarium aductum hic per Port. contra concluſionem glo.noſtræ tradit.Iaſ.in tra de acti.in princ. tit.numero.9.colu.3.quæ videtur eſſe eadem in ſubſtãtia cũ ea tradita hic p Por.Tol.hic n°.6.7.&.8.tradit ſecũdam Ia ſonis ſolutionem,& eam ſibi aſcribit,fuit tamen Iaſonis vt per eum ibi. Rurſus contra prædictã cõcluſione glo.videlicet quòd obligatio ſit ma ter actionis ob.tat tex.l.iuris gentium in princ. dum dicit iuris gentiũ conuentiones quædam pariunt actiones,quædam non,& ibi loquitur de contractu,nõ autem de obligatione. Comprobatur hæc opinio con tra prædictam concluſionem glo.per eandem legem in.§.primo ibi dũ dicit tex.Eſt et.n.cõtractus Ariſto addicit unde hæc naſcitur actio. Fa cit optime tex.infra tit.primo in fi.princ.ibi & ex hoc contractu naſci tur actio,quæ appellatur cõditio.Facit tex.in.l.ex contractu.ff.de acti.
74 & obli.ibi ex contractu actiones prouenientes maxime põderando †di ctionem ex,quæ denotat cauſam proximam & immediatam.l.non du bium.C.de.ll.Bar.l.i.§.ex incendio.ff.de incend.rui.& naufrag.Et tenen do iſtam partem,quòd actio oriatur ex contractu,& non ex obligatio ne,non obſtaret tex.vrgentiſſimus quem glo.allegat in.l.licet.§.ea obli gatio.ff.de procu.vbi dicitur quòd obligatio parit actionem,quoniam cum habeamus alia iura expreſſa,quòd immo actio naſcitur ex contra ctu vt ſatis ſupra demonſtraui ponderando maxime dictionem ex.poſ ſimus exponere verbũ ea obligatio in d.§.ea obligatio id eſt is cõtractus, ne hæc lex ſit contraria tot legibus contrarium dicentibus nec erit ex tranea expoſitio,vt euitemus legum contrarietatem.l.præcipimus vbi Doctores.C.de appell.maxime quia ſimilis expoſitio fit in.l.creditor.ff.

Alibi ſol.Iaſ.

Oppo. noua cõ tra con. glo.
Oppo.2
Oppo.3
Oppo.4

Reſpon. ad.§. ea obliga tio.

E

de pig.vbi verbum obligatur exponitur.i.contrahitur. Verum eſt quòd
Optim⁹ & nouus tex. pro opin. gl. Sol. ad ꝙ omnia cõtraria. ſi vellemus tenere etiã concluſionẽ glo.quòd obligatio ſit mater actio-
nis optime facit tex.in.l.ex placito.C.de rer. permut. ibi niſi ſtipulatio
ſubſecuta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.

Nec obſtant iura allegata quæ habent dictionem ex quæ denotat
cauſam proximam & imediatam quoniam pro ſolutione ſciendum eſt
75 † quòd duplex eſt cauſa actionis vna proxima & imediata Altera re-
mota & mediata de prima loquitur tex.in.d.l.ex placito, de remota &
mediata loquuntur iura in contrarium allegata nam contractus &
quaſi contractus, & delictum, & quaſi delictum, ſunt cauſa actionis, ſed
76 mediata cum mediante obligatione ex eis actio oriatur† quoniã quic-
quid eſt cauſa cauſæ dicitur etiam cauſa c.uſati.l.manumiſſiones.ff.de
iu.& iur.Sicut dicimus quòd hæres hæredis dicitur etiam hæres teſta
toris l.hæredis.ff.de.ver.ſig.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vul.& pupil.
Sed tamen actio magis proprie dicitur naſci ex obligatione q̃ ex con-
tractu quoniam magis attenditur cauſa proxima quàm remota.

Nec obſtabunt prædicta iura ponderando dictionem ex,quia hu-
iuſmodi dictio ex,quæ regulariter cauſam proximam, & inmediatam
importare ſolet iuribus præallegatis,quandoq; etiam gratia euitandæ
contrarietatis cauſam mediatam & remotam importare ſolet vt noſtra
dit Bar. in.l.cum filius in.§.hæres.ff.de leg.ſecundo & in.l.prætor ait in
§.i.in fi.ff.de.bo.auct.iu. poſſi.& quandoq; iſta dictio ex exponitur.i.pro
pter,vt eſt tex.ſing.& non vulgatus in.l.ſi pupillus.ii.ff.de acqui.hære.
quem tex.ibi in ſpecie no.Aret.in principio vbi inquit not.quòd licet
dictio ex ſignificet ex ſui proprietate cauſam inmediatam. l.i.§.ex incen
dio.ff.de inc.n.rui.& nat.aliquando tn exponitur propter nec ſignifi-
cat cauſam inmediatam, nam fidei uſſori, non conueniebatur inme-
diate ex obligatione hæreditaria,ſed ex promiſſione per ſe facta pro-
pter cauſam hæreditariam,& hoc quoq; caſu cauſam proximam & ime-
diatam non im portant cum tex.ſit clarus ꝙ obligatio ſequitur contra-
ctus.l.& an eandem.§.actionis.ff. de excepti.rei.iudi.ibi ſingulas cau-
ſas ſingule obligationes ſequuntur & ibi gloſa dum dicit ꝙ primo da-
tur contractus poſtea obligatio deinde ex obligatione oritur actio tanq̃
neptis contractus. Nec extraneum eſt hoc dictum ꝙ.ſ.non ſemper di-
ctio ex cauſam proximam & inmediatam ſignificat quoniam & dictio
nihil intereſt quæ ſecundum eius uocem videtur tollere omnem diffe-
77 rentiam non propterea† tollit omnem differentiam tex.eſt not.in.l.de eta
te.§.nihil intereſt.ff.de interrog.act.

Sol.2. Vel alio modo ſolue omnia contraria dicendo ꝙ iura quæ dicunt ex
78 contractibus actionem oriri debent intelligi ex obligatione † cum con
tractus pro obligatione accipitur tex.eſt,in.l.omnem.ff.de iud.

Secundo contra concluſionem glo.ꝙ obligatio ſit mater actionis fa- Aliæ no
cit quoniam ars imitatur naturam.§.minorem ſupra de adoptionibus, uę opp.
& ſecundum naturam eſt ꝙ mater ſit nata ante filiam ita quoq; ſecun-
dum artem obligatio tanq̃ mater debet præcedere in natiuitate ipſam
actionem tanq̃ filiá quod tamen eſt falſum:quoniam ſimul eodemq; tem-
pore naſcitur actio quo & ipſa obligatio vt videtur velle Bar.in.l.prima
ii.col.ff.eo.l.cedere diem.ff.de uer.ſig.Ergo impoſſibile eſt, ꝙ obligatio
ſit mater actionis.

Solutio licet actio, & obligatio, ſimul uideantur naſci, non ta- Sol.
men ita confeſtim actio naſcitur, ꝙ non præcedat obligatio vt in ſimili
tradit Bar.l.prima.ff.de Iuſ.& iu.vbi licet ius ex iuſtitia ſimul eodemq;
tempore videantur oriri vt ex diffinitione iuſtitiæ apparet:nihilominus
natiuitate iuſtitia præcedit ius tanq̃ ex ſe genitum & hoc mó ad arg.
reſpondent Iaſ.& Ang.infra de act.col.3.numero.9°.

Tertio contra prædictam concluſionem facit:quoniam ſi obligatio Oppo.
mater eſt,actionis ſequeretur ꝙ nunq̃ actio ſine obligatione eſſet:quia
quemadmodum impoſſibile eſt, per naturam ꝙ filia ſit ſine matre & ma
ter ſine filia ita etiam impoſſibile eſt,ſecundum artem:ſed iſtud conſe-
quens eſt falſum,cum detur actio ſine obligatione vt.Bar.& alii in.l.iu-
riſgentium.§.primo.ff.de pac.&.l.ſiquis argentum.§.penul.C.de don.Et
realis actio nullam præſuponit obligationem.§.primo infra de act. &
obligatio ſine actione vt naturalis tátum obligatio.l.iuriſgentium.§.ſed
cum nulla.ff.de pactis,ergo & antecedens erit falſum.ſ.ꝙ obligatio ſit
79 mater actionis†ná in iure ualidum eſt argumentú a conſequenti deſtru-
cto.l.ii.§.appellata.ff.ſi cer.pet.
80 Solutio dic†ꝙ actio aliqua eſt natiua,aliqua datiua,natiua actio quæ Sol.
ex præſiſtente materia oritur vt ex obligatione & in hoc caſu procedat
opinio glo. Datiua quæ a lege abſque aliqua præſiſtente materia im-
mediate datur & de hac loquuntur iura .in contrarium allegata & ita
tradit Bar.in.d.l.iuriſgentium conuentiones.§.primo &.d.l.prima.ff. de
act.& obl. Nec mirum uidetur ꝙ actio detur ſine obligatione quoniá
Reſpondemus pro ut tradit Bart.in.d.§.primo &.l.prima colu.6.ff. de
cond.ind.tradendo exemplum ꝙ ſicut Deus omnium conditor potuit
creare Adam ſine patre, & matre ita Impera.qui actionis eſt conditor
debet poſſe creare actionem datiuam ſine obligatione aliqua.

Nec obſtat quod de reali dictum fuit quoniam de ea.glo.noſtra nó
81 ſentit ſed de perſonali tantum quæ ex obligatione deſcendit† Realis
autem non ex obligatione ſed ex dominio ex parte agentis & ex poſſeſ- Ex.conc.
ſione ex parte rei conuenti oritur.l.officium &.l.in rem.ff.de rei. vendi. gl. noua
l.unica.C.de alie.iud.mut.cau.fac.Vnde ex prædicta concluſione glo. in colligi-
82 ferri poteſt ad aliam concluſionem ꝙ†videlicet oblig.eſt quid diuerſum tur con-
cluſio.

& ſeparatum ab actione, quoniã mater non eadem, ſed diuerſa eſt a filia, & diuerſitas earum apparet, quia radicantur in diuerſis perſonis, vide licet obligatio reſpicit debitorem. actio uero creditorem. & propterea dicebat glo. in. l. etiam. §. fi. & in. l. regula. ff. de pet. hæred. ꝙ debitor eſt, quaſi iuris poſſeſſor videlicet paſſiue, quoniam uidetur poſſidere ius debiti in ſe annexum. Actio uero creditorem aſpicit, quoniam per ceſſionem actionis a creditore factam in alium transferi poteſt ipſa actio l. Modeſtinus ff. de ſol. l. hac in factum. ff. quæ infra cre. Comprobatur diuerſitate nominum, & diuerſitate diffinitionum, quoniam diffinitio ponit ſubſtantiam rei diffinitæ diuerſitas. n. nominum redarguit diuerſitatem ſubſtãti e. l. ſi idẽ. C. d cod. l. a nullo. C. de feriis diuerſitas. n. nominũ patet in titulo noſtro etiã infra de act. in princ. diuerſitatem etiam po

83 nunt rubricæ in. ff. & C. de act. & obl. quæ inter iſta duo ponunt † copulam, cuius natura eſt vt inter diuerſa ponatur, vt tradit glo. & Bart. in Rub. ff. de iur. & fac. ig. Sed ꝙ non ſint diuerſa, tria poſſunt adduci.

Oppo. Primo quoniam obligatio quæ cauſatur ex contractu iuris gentium dicitur eſſe de iure ciuili per tex. in. l. iuris gentium in princ. ff. de pac. vbi inquit iuris conſultus ex permutatione naſci ciuilem obligationem, & tamen non dubitamus contractum permutationis iuris gentium eſſe l. prima. ff. de cont. emp. cum ergo obligatio ſit iuris ciuilis vt ſupra, & pariat actionem, quæ ſimiliter eſt iuris ciuilis. l. ii. §. deinde ex his. ff. de or. iur. ergo non ſunt diuerſa.

Sol. Solutio non ſequitur, obligatio & actio ſunt ſimiles, ergo non diuerſa, ſed idem cum habeamus, ꝙ omne ſimile non eſt idem. l. quid Nerua ff. de. poſſ.

Oppo. 2 84 Secundo facit contra prædictam concluſionem † quoniam diuerſorum ea eſt natura, vt uno ſublato aliud per ſe poſſit permanere. l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. pre. l. ſi prius in princ. ff. de acqua pluuiali ar. en. ſed hoc non cadet in actione, quoniam ſublata omni obligatione, tollitur & ipſa actio. infra quib. Tol. ob. in princ. ergo &c.

Sol. alia ad. 1. Non obſtat primum vltra ſol. datam quoniam licet tex. in. d. l. iuris gentium dicat ꝙ oriatur ciuilis, obligatio ex permutatione, hoc tamen dixit reſpectu obligationis ciuilis quæ cauſatur ex approbatione iuris ciuilis, non tamen negat ibi iuris conſultus ꝙ ex permutatione non naſcatur obligatio iuris gentium, quæ oritur ex omnibus cõtractibus. l. ex hoc iure. ff. de ius. & iu. Et ſi quis contra prædictam concluſionem replicaret, non eſt obligatio iuris gentium, ſed ciuilis, quæ producit actionẽ iur. ciu. ergo non ſunt diuerſa, tu poſſes adhuc duplicare ꝙ licet nõ ſint diuerſa, in hoc diuerſitas tamen eorum ex aliis apparet, vt ex prædictis fundamentis meis poteris colligere, & maxime ex primo dum dictum fuit, ꝙ obligatio reſpicit debitorem, actio vero creditorem.

Non

Non obſtat ſecundum quoniam immo videntur diuerſa. Sol. ad 1.

Nec obſtat, q; ſublata obligatione tollatur & actio, nam Reſpondeo,
85 q; hoc ideo venit, quia † actionis exitus tendit ad exequendam ipſam obligationẽ, vt ex diffinitione actionis percipi pōt, ergo ſublata obligatione, eſt ſublata etiam actio. Alias ſi diceremus, quòd ſublata obligatione, adhuc durat actio, certe actio eſſet ſine effectu, vnde qa lex actus fruſtratorios abhorret l. hæc ſtipulatio .§. diuus. ff. vt leg. ſeu fideicom. nom. cau. l. qui bis idem. ff. de ver. obl. ſtatuit quòd ſublata obligatione,
86 tollatur etiam actio † quia res quæ carent effectu, debent eſſe ſine nomine. l. unica. C. de nud. iur. quir. Tol.

Tertio contra prædictam concluſionem facit, nam illico quòd contractus, & obligatio, a iure gentium fuit introducta, ex eis actio non oriebatur. l. ii. Paulo poſt princ. ff. de orig. iu. Sed poſtq̃a iure ciuili fuerunt approbati, vnde per approbationem contractus, et obligatio, qui hodie pariunt actionem ciuilem, dicuntur de iure ciuili, quo caſu & contractus, & obligatio erunt ſimiles actioni, filiæ ſuæ, & eo maxime quoniam omnis obligatio, aut eſt ciuilis, aut eſt Prætoria. §. primo infra titulo noſtro, ergo ciuilis eſt obligatio, quæ parit actionem ſimiliter iuris ciuilis, nam ibi non habetur mentio de obligatione iuris gent. Oppo.

Non obſtat quoniam non ſequitur quòd poſt approbationem factã a iure ciuili, obligatio parit actionem, ergo obligatio eſt de iure ciu. cũ non ſequant̃ ex eo, quòd originaliter ipſa obligatio nō ſit d̃ iure gentium, & ipſa actio originaliter iure ciuili, & hoc modo tollitur hoc contrarium. §. primi infra eo. Poſſet etiam hic queri de vno, quòd ſūmopere diſputant Doctores infra de act. in princ. glo. in uer. quanuis. vbi diſputant, an actio ab origine ſit de iure gentium, vel iu. ciuili, magis tamen communis opinio eſt, vt originaliter actio ſit de iure ciuili, circa quam concluſionem me remitto ad dicta Iaſ. infra de act. in princ. col. 6. numero. 35. & Gomeſius ibidem numero. 32. col. 14. qui nouas dat ſolutiones maxime ad d. l. ſi mandauero tibi. §. is cui. ff. mand. Iuſta. l. quidam. ff. de pen. vnum tamen præter omnes in tali materia diſputationis cauſa dicam, quod immo actio ſit de iure ciuili origine, etiam ante antiquum ius ciuile, xii. tabu. cum actio in d. l. iuris gentium. appellatur ciuilis, quę ex permutatione contractus iuris gentium oritur, & ſic actio eſt de iure ciuili, ante l. xii. tab. Et ſi aliquis contra iſtam meam ſolutionẽ diceret, quòd eſt in poſſibile, quòd actio ante l. xii. tab. fuerit introducta de iure ciuili, quoniam primum ius ciuile fuit ius xii. tabu. vnde cum ius xii.
87 tab. fuerit primum † & qualitas non poſſit eſſe ſine ſubiecto, vt ſupra de vſufruc. in princ. Dicẽdum videtur actionem nullo pacto poſſe eſſe de iure ciuili ante d. l. xii. tab. Quoniam ad hoc reſpondeo, quòd, iſta actio poterat eſſe introducta ante l. xii. tabu. videlicet a iure ciuili Pap. quòd

Sol.

An actio ſit origine de iu. gen.

Noua et ſingularis opin.

ius fuerat ante.l.xii.tabu.vt probat tex.in.l.ii.poſt princ.ff.de origi.iur. optime facit pro hac mea opinione.§.diſponat.auth.de nup.ibi pene prima romanorum lex.xii.tabu.ſi pene, ergo ante fuit alia ciuilis lex.

Qđ mutuum & ſtipulatio ſint ꝓprie cõtractus.

IN euidentialibus præmittit hic por.quod mutuũ,& ſtipulatio ſunt contractus improprie,ex quo paulo infert ad quæſtionem de ſtatuto faciente mentionem de contractu,quod non habeat locum in ſtipulatione,vel mutuo:mihi autem videntur,quod ſtipulatio,& mutuum ſint proprie contractus 88 † arguẽdo a coniunctione duarum.ll.quod validum eſt in iure.l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſt.& ibi Doctores,nam in.§.fi. infra tit.noſtro dicitur,quod contractus contrahuntur aut re:aut verbis: aut literis:aut conſenſu poſtea infra de ob.quæ ex quaſi cõtra.in princ. dicitur poſt genera cõtractuum enumerata,inſpiciamus etiã de his obligationibus,quæ quidem non proprie naſci ex contractu intelliguntur, ſed quia neq; ex maleficio ſubſtantiam capiunt,ex quaſi contractu naſci videntur,ex quo datur intelligi, quod contractus,de quibus ſupra, ſint proprie contractus,facit quoniam in d.§.fi.Imper.has quatuor obligationes enumerat, quæ ex contractu cauſantur,& dicit æqualiter, quod contractus celebratur aut re:aut verbis: aut literis: aut conſenſu. & tamen non dubitamus contractus conſenſus eſſe proprie contractum,ergo & idem de aliis, vt vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter omnia determinet.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup.

Noua ſolu. ad. l. Labeo.§. contractum.

Nec obſtat tex.in.l.Labeo.§.contractum.ff.de ver.ſig.qui hic a doctoribus allegatur,quoniam reſpondeo quod aut volumus,quod ibi ſit etymologia,aut diffinitio,ſi etymologia,quę aliquo pacto non videtur eſſe, tamen dato quod eſſet,argumentum non procedit ab etymologia affirmatiue.l.ii.§.appellata.ff.ſi cer.pet.immo nec affirmatiue, nec negatiue, vt in poſſeſſionis etymologia diximus ſupra de teſt.in prima glo.Si vero volumus quod ibi ſit diffinitio,ex ea non erit licitum arguere,cũ omnis diffinitio in iure ſit periculoſa,vt inquit Vulp.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.maxime iſta, quæ non conuertitur cum ſuo diffinito, quoniam datur vltro,citroq; obligatio,& tamen non eſt proprie contractus,vt in d.§.primo,infra de oblig.ex quaſi contractu. Vbi cum quis negocia abſentis gerit,vltro, citroq; inter eos naſcitur obligatio,& quidem non ex contractu proprie naſcuntur,ecce quod datur vltro,citroq; obligatio,tamen non eſt proprie contractus, ſed in proprie & ſic talis diffinitio d. §.contractus non conuertitur cum ſuo diffinito,& ſic non bona.l.prima §.dolum.ff.de dolo,vbi Docto. Hoc etiam ex eo comprobatur, quoniam idem Vulp.qui in d.l.Labeo.§.contractum, inquit contractum vltro,citroq; obligationem eſſe,non videtur veram diffinitionem dediſſe contractus,cum idem Vulp.in d.l.omnis diffinitio fateatur omnem diffinitionem in iure eſſe periculoſam,& hæc eſt vera ſolutio,& verus in-

tellectus d.l.Labeo.§.cõtractum,vel Philoſophice poteſt reſpõderi,ꝙ il

89 la non poteſt eſſe diffinitio † quoniam quando eſt genus,ꝙ ſupra ſe non ſit aliud genus,tum illud diffinitiõe carere debet,& per etymologiam, ſeu circunferentiam quãdam demõſtrari debet,ita tradit Ariſt. in prædicamentis.c de ſubſtantia,ſed cõtractus eſt genus tale,vt ſupra ſe aliud genus non ſit,ergo diffinitionem non recipit,ergo d.l.Labeo.§.contractum,non pònit diffinitionem contractus, ſed potius eum per circunferentiam quandam declarat. Alia ſol. ad.d.§. contractus.

Vnde ego tenerem,quod ſtatutum faciens mentionem de cõtractu, intelligatur non ſolum in contractu vltro citroq; obligatio,ſed etiam in ſtipulatione,& mutuo,tanq̃ & iſti ſint proprie contractus.

Verum eſt,ꝙ ſi quæſtio præponeretur,vt hic Portius ponit,ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ præſcribatur decennio contra negligentem petere ſibi debitum & contractu,ego tenerem, ꝙ habeat locum,& in mutuo,& in ſtipulatione contra opin. Portii. Sed non tamen in debito ex contractu donationis. Nec obſtaret ſi contra iſtam concluſionem opponatur,vt alia die in circulis fuit oppoſitum,ꝙ immo tale ſtatutum debet intelligi etiam in donatione, licet ſit impropriè contractus Et hoc Statutũ faciens mẽtionẽ de cõtractu com prendit mutum, & ſtipulatiõem, non aũt donationem.

90 eo fundamento † arguendo a veriſimili mente ſtatuentium, ꝙ in iure ualidum eſt argumentum,glo.l.tale pactum & Iaſ.in terminis de ſtatuto in.l.Barbarius.ff.de offi.præto.per bo.tex.in.l.fi.C.de poſthu.hær.inſti.C.de pactis. Sed cum ſtatuentes voluerunt compræhendere debitum ex cauſa onerosa & ex cõtractu proprio, vt emptionis: locationis: & ſimilibus ex quibus creditores petendo ſibi debitum petunt ratione damni euitandi,& tamen contra eos præſcribitur per ſtatutum multo magis veriſimiliter ſtatuentes voluerunt compræhendere creditorem ex cauſa donationis,qui petendo ſibi debitum, agit de lucro captando,cũ lex magis fauet agenti de damno euitando,q̃ agenti de lucro captando. l. fi. §. & ſi præfactam.C.de iur. delib.ideo ſolet dici, ꝙ iuris ignorantia non excuſat aliquem in lucro captando,ſed in damno euitando l.iuris ignorantia.ff.de iu.& facti.igno.& bene quia eorum non eſt ea

91 dem ratio. l.fi.C.de codicillis.Qua ratione videmus etiam quòd † quando actor tractat de damno uitando, auditur allegans turpitudinẽ propriam, ſecus ſi de lucro captando, vt not.tradit Alex.in. l.de tutela in ii.col.C.de teſti.in integ.& alibi Bar. in.l.verum in.§.item quæritur. ff. de mino.quod ſi ſunt duo priuilegiati pari priuilegio, quòd præfertur illi,qui certat de damno euitando.

Nec obſtat corroborando hoc argumentũ contra com.ꝙ ſtatuta ſunt

92 proprie intelligenda † quia etiam in odioſis fit extenſio de caſu proprio ad caſum improprium.l.filiũ habeo.ff.ad ſenat.conſul. Mac.vbi ſenatuſconſultum Macedonianum odioſum loquens in filio familias extẽditur.

etiam ad nepotem.

Sol. ad arg.

Quoniam ad hoc ego reſpondeo, ꝙ ſtatutum non conſiderat principaliter contractum, ſed negligentiam actoris non petentis ſibi debitum, cum dicat præſcribatur decēnio contra negligentem petere ſibi debitum ex contractu, vnde non procedit argumentum a veriſimili mente ſtatuentium, quoniam creditor qui non petit ſibi debitum ex cauſa emptionis, vel locationis, & ſimilibus contractibus, dicitur proprie negligens, & propterea compræhenditur ſub ſtatuti diſpoſitione. Donatarius vero & ſi differat petitionem ſui crediti ex cauſa donationis, non cōpræhenditur in ſtatuto: cum Donatarius non petendo rem donatam a donatario non ob id dicitur negligens, ſed potius vti modeſtia quadam erga donantem, cui naturaliter tenebatur. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæreditat. & modeſtia ſua non debet ei eſſe damnoſa, argumentum §. ſi tutor ſupra cle. in officio. teſt. Et, ꝙ mens ſtatuentium non fuerit cōpræhendere debitum ex hoc contractu improprio donationis, apparet, quia potuiſſent dicere in ſtatuto debitum ex quocunꝙ contractu, vel ex omni contractu, vel alio verbo generali, quo donationem etiam cōpræhendiſſent, ꝙ cum non fecerint, contra eos eſt præſuponendum. l. vneribus. ff. de pactis.

Tollitur corroboratio .l. filiū habeo.

Nec obſtat corroboratio. l. filium habeo. Qui illud ſenatur conſultum fuit inductum in odium principaliter foeneratorum & in fauorem filiorum, nimirum ſi ex identitate rationis quæ militat etiam in nepotibus extenditur etiam ad nepotes in odium foeneratorum, vt inducta ad vnū effectum, operentur ſuum effectum argumento. l. ꝙ fauore. ff. de reg. iur.

## SVMMARIA PRINCIPII.

1 Cum Imperator procedit diuidendo vel diffiniendo impertinens eſt ſummarium.
2 Titulus ad titulum eſt continuandus.
3 A iure ciuili aut a iure prætorio obligatio in eſſe producitur.
4 Paria ſunt inducere uel iam inductum comprobare.
5 Omnia noſtra facimus quibus authoritas noſtra impartitur.
6 Quando qui comprobatur non poteſt propria authoritate inducere & tollere, nō ſunt paria inducere uel comprobare.
7 Qñ cōfirmādo additur tūc paria ſunt inducere uel inductū cōprobare alias ſecus.
8 Obligatio dicitur de iure ciuili non ſolum quæ a iure ciuili fuit adinuenta ſed ēt quæ a iure gentia adinuenta a iure ciuili tamen comprobata.
9 Quotiens ius ciuile addit vel detrahit iurigent. id efficitur iusciuile.
10 Cauſa materialis obligationis eſt contractus, & quaſi cōtractus maleficiū, & quaſi maleficiū.
11 Cauſa formalis obligationis ſunt res, verba, littere, & conſenſus.
12 Cauſa obligatiōis reſpiciens cauſa finalem eſtꝙ aut ſint perſonales, aut reales.
13 Cauſa & cauſatum eiuſdem iuris eſſe debent.
14 Qui reali actione tenetur large poteſt dici obligatus.
15 Omnia maleficia unius tantum generis ſunt & re tantum contrahuntur.
16 Iniuria re uerbis, litteris, & conſenſu, contrahitur.
17 Bonum eſt argumentum de contractibus ad maleficia.

18 Maleffi-

18 Maleficium proprie loquendo dicitur id, quod re committitur.
19 Stante ſtatuto, φ propter maleficium commiſſum de nocte, duplicetur pœna, quæritur, ſi quis fecerit de nocte iniuriam uerbis, literis: uel conſenſu: nunquid pœna duplicari debeat.
20 Si ſtatutum puniat portantes perlas, de ueris & non fictis intelligi debet.
21 Ratio, quare obligationes ex contractu quatuor modis formentur.
22 Lex non proceſſit dando formam delictis.
23 De iure. ff. literarum obligatio non erat inducta.
24 Ante ius inſtitutionum immediate ff iura proceſſerunt.
25 Propria & principalis ſtipulationis ſubſtantia ſunt uerba.
26 Per ſcripturam loquimur.
27 Lex de caſu dubio eſſe debet.
28 Mutus cum uerborum obligatione nihil habet commune.
29 Mutus literis obligatur, eſtq; habilis ad ſcripturam faciendam.
30 Vlpianus Alexandri Imperatoris tempore floruit.
31 Obligatio naturalis tantum eſt improprie, & abuſiue obligatio.
32 Præcedentia ſequentia declarare ſolent.
33 Naturalis obligatio in puris, & meris terminis Iuris naturalis relicta, tres operatur effectus.
34 Libertus ad præſtandum patrono id, φ lex ſtatuit, compelli poteſt.
35 Animalia irrationabilia ſolo naturæ inſtinctu mota, benefaciẽtibus benefaciũt.
36 Leo cum ab Androdo medela, ac opera ſua ſanatus eſſet, per biennium in eadem ſpecu ſimul cum eo uixit.
37 Donatio in dubio non præſumitur.
38 Si tibi dixerim, uis mihi donare ueſtem tuam, tuq; reſpondeas, non ſolum ueſtem, ſed quicquid meum eſt, tibi dono, tali caſu donatio ueſtis facta minime præſumitur.
39 Nota. limitatio ad regulã tex. in. l. cum de indebito. ff. de proba.
40 Alia not. limitatio ad regulam. d. l. cum de indebito.
41 Libertus plura patrono debet.
42 Si in donatione eſſent relata beneficia, non ob id propterea præſupponeretur donatio remuneratoria.
43 Not declaratio ad tex. in. l. fideiuſſor. ff. de fideiuſſo.
44 Debitum naturale poteſt compenſari cum debito efficaci.
45 Debitum naturale de per ſe eſt magis ualidum, q̃ ſit debitum ciuile, uel naturale tantum, cui ciuile anteã fuerit annexum.
46 Debitum naturale tantum in conſtitutum deduci poteſt, debitum uero ciuile tantum in conſtitutum haud deduci poteſt.
47 Sententia iudicis pro ueritate habetur.
48 Stante ſtatuto, φ mulier non poſſit ſine conſenſu parentum ſe obligare, non poterit facere pactum de non petendo.
49 Indiffinita oratio æquipollet uniuerſali.
50 Si ſtatutum prohibeat mulierem contrahere, non poterit facere pactum nudũ.
51 Pactum nudum appellatur contractus.
52 Per pactũ de non petẽdo nulla inducitur obligatio, ſed potius inducta tollitur.
53 Iura ſunt proniora ad liberandum, q̃ obligandum.
54 Argumentum a ſufficienti partium enumeratione ualidiſſimum eſt in iure, frequens, & probabile.
55 Ciuilis ſola obligatio effectum exigendi non habet.
56 Bona diffinitio cum ſuo diffinito conuertitur.
57 Vbi non eſt obligatio, ibi fideiuſſor adhiberi non poteſt.
58 Reſponſio glo. φ ubicũq; ſupra fecit mentionem, ut quis naturali obligatione

ne teneatur, intelligitur de iure gentium, ꝙ conuenit ſolis hominibus, & non omnibus animalibus.

59 Cum in aliquo contractu forma, uel eius ſubſtantia deficit, ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio.

60 Confeſſio extra iudicium emanata etiam ſi ſit in ſcriptura non obligat, ſed ſolum probat.

61 Tantum operatur oppoſitum in oppoſito, quantum propoſitum in propoſito.

62 Qui dicit omne, nihil excludit.

63 Confeſſus ſpe futuræ numerationis, liberationem a debito condicere poteſt.

64 Promiſſio facta ſine cauſa parit mero iure obligationem naturalem, & ciuilem: licet agenti obſtet exceptio.

65 Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.

66 In contractibus celebratis dolo, uel metu, oritur ciuilis, & naturalis obligatio.

67 Exceptio eſt fundata in æquitate.

68 Aequitas naturalem obligationem parit.

69 Debitum ciuiliter, & naturaliter indebitum ſi ſoluitur, repeti poteſt.

70 Debitum ex chirographo etiam ꝙ ante biennium ſoluatur, repetitur.

71 Paria ſunt ſoluere uel fidem alterius ſequi.

72 Promiſſum ex chirographo poteſt ante biennium conſtitui.

73 Ciuilis obligatio ſola conſtitui non poteſt.

74 Naturalis obligatio ex conſenſu oritur.

75 Qui confitetur ſe accepiſſe pecuniam mutuo, ſub ſpe futuræ numerationis, non conſentit, quia decipitur.

76 Canones non dedignantur ſequi iura legum latorum.

77 In legibus nemini conceſſum eſt neq; addere, neq; detrahere.

78 Nemo cum iactura aliena locupletari debet.

79 Inducta ad unum effectum contrarium operari non debent.

80 Quando indebitum ſoluitur, repeti poteſt.

81 Facilior eſt retentio, q̃ ſoluti repetitio.

82 Natura legis eſt ponere ea, quæ maiorem habent dubitationem.

83 Conditio tacita non ſuſpendit actum.

84 Conditio expreſſa ſuſpendit.

85 Verbum aſtringat: importat obligationē efficacem: ciuilem: & naturalem.

86 Stipulatio, quæ uerbis perficitur, nō parit ciuilē obligationē ſeparatam a nāli.

87 Verba cum effectu ſunt intelligenda.

88 Paria ſunt, non habere actionem, uel habere, ſed per exceptionem excludi poſſe.

89 Opiniones, an actiō oriens ex ſententia condemnatoria, oriatur ex ciuili tantum obligatione, an uero ex utraq;.

90 Promiſſio, & rei traditio naturalem obligationem inducunt.

91 Debitor, qui ſoluit, & eſt in totum liberatus, poteſt condicere liberationem.

92 Eronea confeſſio non producit naturalem obligationem.

93 Promiſſio eſt actus inducendi obligationem.

94 Elapſus biennii operatur ꝙ præſumptio, quæ erat pro debitore tollatur, & trāſferatur in creditorem.

95 Conſenſus etiam metu adhibitus appellatur conſenſus.

96 Scribens ſoluendo debitū ex chirographo uidetur conſentire obligationi ciuili.

97 Obligatio ciuilis, ſemper ſola permanſura, non conſtituitur.

98 Si in omnibus contractibus bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris partes diſſentiētes ſunt, id, quod actum eſt, nullum eſt.

99 Scriptura publica, uel priuata, tam ex manu alterius, q̃ debitoris non inducit obligationem, ſed tantum probationem.

100 Scribenti chirographum tripliciter ſuccurritur.

101 Exceptio non numeratæ pecuniæ ceſſat quando eſt facta in ultima uoluntate.
102 Item quando eſſet geminata ex interuallo.
103 Item quando eſſet facta in iudicio.
104 Item quando debitor poſt confesſionem cœpit ſoluere.
105 Per pactum de non petendo tollitur naturalis obligatio ipſo iure.
106 Rei fauorabiliores ſunt q̃ actores, & iura ſunt magis prona ad liberandum, q̃ ad obligandum.
107 Pactum obligatorium ſine cauſa non ualet, liberatorium ualet.
108 In contractibus obligatoriis innominatis, re integra licita eſt pœnitentia. in liberatoriis innominatis pœnitentia ceſſat.
109 Ciuilis tantum obligatio nouam actionem non parit, ueterem iam natam aliquando conſeruat.
110 Facilius actus conſeruatur, q̃ de nouo inducatur.
111 Pactum tollit ipſo iure obligationem cauſatam ex maleficio.
112 Sublata ratione legis, ſublata eſt, & ipſa lex.
alias ſequeretur abſurdum,quòd ſi poſt biennium tantum adeſſet etiam
65 naturalis † tempus eſſet modus inducendæ obligationis: contra te-
xtum in.l.obligationum fermè.§.placet.ff.de actio.& oblig.l.nemo po-
teſt.ff.de leg.primo.l.~~cum~~,qui.§.qui ita,& ibi Bart. in principio.ff.de cum
verb.oblig.qua de re videmus: quòd ſi quis ignorans: etiam infinitis
vicibus.~~sol.veritat.~~ non propterea ſibi præiudicat ſm eundem Bart. in ſoluat,
l.etſi inutiliter.C.de fideicom.
66 Septimo facit † quia in contractibus celebratis dolo,vel metu, ori- Septimũ fũ.
tur ciuilis,& naturalis: vt per Bart.in.l.prima,in.6.col. de cond.indeb.
ergo pariter ex iſto contractu literarum,qui habet debitam formam,de
bet naſci vtraque obligatio.
67 Octauo facit,nam intra biennium datur exceptio † quæ exceptio Octauũ funda.
fundata eſt in æquitate.infra de except.in princ.& per totum titulum.
68 † quæ æquitas parit naturalem obligationem.l.ſtichum,aut Pamphilũ
.§.naturalis.ff.de ſolut.ergo ante biennium naturalis eſt orta.
69 Nono † debitum ciuiliter,& naturaliter indebitum ſi ſoluitur repe- Nonũ funda.
70 titur glo.prima in.l.prima.ff.de cond.indeb. † ſed debitum ex chiro-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

grapho, etiam quòd ante biennium ſoluatur non repetitur. l. cum fidem vbi Bart. C. de non num. pec. ergo eſt ante biennium ciuiliter, & naturaliter debitum, quia, ſi ciuiliter tãtum eſſet debitũ ſolutũ repeteretur.

Decimũ fũ.

71 Decimo facit † paria ſunt ſoluere, vel fidem alterius ſequi. §. vendi-
te. ſupra de rer. diuiſ. ſed ſi tradita fuiſſet pecunia, vtraq; eſſet orta obli-
gatio: ergo etiam in caſu iſto, quo fidem eſt ſecutus iſte ſcribens.

Vndecimũ fũ.

72 Vndecimo facit † quoniam promiſſum ex chirographo poteſt ante
73 biennium conſtitui Io. Fab. in fi. de lit. oblig. vi. q. prope. fi. Sed † ciuilis
obligatio ſola non poteſt conſtitui. l. iii. §. ſi quis conſtituerit. ff. de conſt.
pec. Iaſ. in. §. in perſonam. col. 6. ſuper glo. verbo cum omnibus. l. finali de
actio. & oblig. ergo ſi promiſſum ex chirographo conſtituitur, ſequit̃ q;
non eſt ſola ciuilis, ſed eſt etiam naturalis obligatio.

Duodecimũ funda.

Duodecimo facit, quoniam talis confeſsio ſine literis eſt nuda, & inefficax, poteſt tamen veſtiri, vel re, & tunc erit mutuum, vel verbis, & erit ſtipulatio, quibus caſibus vtraq; eſt orta obligatio eodẽ modo ſi veſtiatur literis: quoniam pluribus modis pactum nudum veſtitur, vt actionem pariat glo. prima. infra tit. ſeq. ergo ſtatim, quòd ſcripſi me debere, veſtitum fuit pactum nudum.

Tertiũ decim. funda.

Tertiodecimo facit, quoniam in tali confeſsione literali conſenſus adeſt, qui naturalem parit obligationem, quòd ego probo. Quoniam qui ſcripſit ſe debere conſenſit debito: alias nec ciui. eſſet obligatio, cum ſine conſenſu nulla ſit obligatio, etiam ſi eſſet inducta iure ciuili. l. prima. § conuentionis. ff. de pactis: ergo adeſt etiam naturalis obligatio rõe conſenſus glo. in verbo neceſsitate.

Tertia opi. gl. cõm.

Tertia facit principalis opinio gloſæ noſtræ: videlicet, quòd ante
biennium ciuilis tantum oriatur, quæ opinio communiter ab omnibus
tam hic, quàm in. l. prima. de cõd. indeb. tenetur, & tenet eam hic Por.
74 vnica ratione, quæ talis eſt, nam † naturalis oritur ex conſenſu. l. ſtichum
. §. naturalis. ff. de ſolut. ſed iſte, qui confitetur ſe accepiſſe pecuniam mu
75 tuo ſub ſpe futuræ numerationis † non conſentit, quia decipitur. l. ſi is,
qui per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. ergo non eſt nata naturalis, quòd
modo ciuilis ſit orta, probatur, quia chirographum habet formã ſuam,
& à lege receptam. infra de literarum oblig. in princ. ergo ciuilis obli-
gatio eſt nata.

Scdm funda.

Ego quoq; non deuiando à communi, pro iſta ſententia moueor per textum, quem Alexan. allegat, vt. l. prima. 3. col. numero. 13. ff. de cond. indebi. videlicet per textum. in. c. fina. qui incipit turbatur in fin. i. q. iiii. licet Iaſ. in præallegato loco reſpondeat ad iſtum textum, quòd eſt conſtitutio Gratiani, & etiam in. l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. quod non habebat authoritatem legis condendæ: ſed hæc ſolutio videtur mihi diuinatiua, cum hoc ibi non appareat, nec eſt credẽdum, quòd Alexan.

allegaſſet illum textum,qui(vt ipſe dicit)determinat iſtam quæſtionẽ.
76 Præterea † Canones non dedignantur ſequi iura legum latorum cap.1.
77 & ibi not.extra de noui operis nunc. † ſed in legibus nemini conceſſum
eſt,neq; addere, neq; detrahere aliquid.l.ii.§.& quoniam.C.de vet.iur.
enucl.nec ipſe Gratianus poterit de ſuo aliquid in libris Canonum ad-
dere, & dato, quòd eſſet Gratiani conſtitutio non pro firmo tenetur à
Doctoribus,quòd non probet,vt dubitant Doctores,ni fallor.l.ptima.
ff. ſi cert.pet.

Tertio,pro iſta opinione facit textus in.l.ſi ſub ſpe.C.de poſtul. ibi Tertiũ funda.
nec temporis ſpatio geſto negotio ſenſum,ac fidem accommodaſti.

Quarto facit textus,qui fuit allegatus pro opinione Iac.de arena in Quartũ fun.
l.qui pecuniam.ff.ſi cer.per.vbi textus dicit:quòd in poteſtate eſt illius,
qui promiſit ſub ſpe futuræ numerationis ne accipiendo pecuniam cre-
ditori ſe aſtringat, ex quo apparet, quòd ante numerationem non erat
obligatus naturaliter,ſed ciuiliter ſic, Quoniam ſolennitas iuris ciuilis
adeſt,vt chirographum,ex quo,etiam ciuilis obligatio naſcitur.

78 Quinto facit,quoniam ius naturale non vult,quòd † aliquis cum alie Quĩtũ funda.
na iactura locupletetur.l.nam natura.ff.de cond.indeb.ſed ſi naturalis
obligatio adeſſet,locupletaretur cum aliena iactatura:ne igitur ipſa na
turalis operetur contrarium effectum,dicamus, quòd naturalis non ſit
79 orta † ne inducta ad iuſtum effectum contrarium operentur.l.non om-
nis.ff.ſi cert.pet.

Sexto facit,quia intra biennium datur exceptio contra agentem,ex Sextũ funda
quo datur intelligi:q; actio non proueniebat ex obligatione efficaci.

Septimo facit,quia ſi adeſſet ciuilis,& naturalis,eſſet locus exactio- Septimũ fũ.
80 ni,& ſic indebitum exigeret,ſed ſic eſt † quòd,quando indebitum ſolui-
tur repeti poteſt.l.prima.ff.de cond.indeb.ergo lõge magis iſtud non-
dum ſolutum non debet exigi,†cum facilius retinemus,quàm ſolutum
81 repetamus.

Octauo facit textus in.§.primo infra de exceptio.vbi textus dicit, Octauũ fũ.
q; ſi errore lapſus ſtipulanti Titio ꝓmiſiſti,quod non debueras premit
tere palam eſt iure ciuili te eſſe obligatum,modo ſic ſi dicit,quòd obli-
gatio ciuilis adſit,de qua non erat tanta dubitatio,ſi adeſſet etiam natu
82 ralis vtiq; magis dixiſſet Imper.cum de ea maior eſſet dubitatio † & na
tura legis eſt ſemper ponere ea, quæ maiorem habent dubitationem in
ſe argumento.l.quòd Labeo.ff.de carbo.edicto. ergo ciuilis tm̃ adeſt
obligatio,& non naturalis : quoniam ſi naturalis etiam adeſſet,vtiq; de
ea magis dixiſſet,argumento.l.etiam.ff.de fund.dotali.vbi etiam ſolu-
to matrimonio prædium dotale eſſe intelligitur.

Nono,& vltimo,facit quoniam conſenſus adhibetur à debitore ſub
cõditione,ſi pecunia numerabitur.l.ſi.C.de non nu. pecu.vbi glo. ergo

Tol. ſu. Iaco. de arena. & Pe. de bel. pertic.

ante quã purificet̃ conditio, & ſic pecunia numeretur nã non poteſt naſci naturalis obligatio. l. cedere diem. ff. de verbo. & rer. ſigni. §. ſub conditione infra de uerbo. obligationib.

Et tenendo iſtam partem principalem gloſæ, quæ eſt communis reliquum eſt ut reſpondeamus ad adducta pro opinione Iacob. de arena. & Petr. de bella perticha.

✠ q mutuũ ſit cõtra . . . ctus q reuele . . . b. at. & hic nulla res ĩ teruẽit.

Non obſtat primum fundamentum pro opi. Iac. de arena ✠ Quia dicit Port. §. loquitur in mutuo naturali tantum, & nos loquimur in mutuo ciuili tantum in quem ſecus eſt glo. in. l. ii. §. fi. ff. ſi cer. petta.

Non obſtat ſecundum, quoniam illa conditio tacita ſi pecunia nume-

84 rabitur eſt conditio tacita extrinſecus veniens † quæ non habet ſuſpen

85 dere actum † Sicut conditio expreſſa. l. conditionis extrinſecus. ff. de condi. & demon. ſed quoniam iſtud eſſet contra glo. cõiter approbatam. in. l. item quia. ff. de pac. Ideo reſpondet Iaſ. ex mente. Bar. d. l. i. col. v. ff. de cõdi. indeb. negando q̃ adſit conditio, immo pure promiſſit confidens de numeratione pecuniç, & hoc probatur, nam expreſſa conditio certe non adeſt, nec etiam tacita adeſt, quoniam tacita conditio ſumitur, vel ex natura rei uel actus ut. l. i. §. fi. ff. de condi. & demon. ex natura rei iſta confeſſio non recipit cõditionem item, nec ex natura actus cum pure, & ſine conditione fuerit celebratus, ergo iſta confeſſio non habet tacitam conditionem & ſic pura eſt.

Nec obſtant tertio iura per Bar. allegata. l. quæ pecuniam cum ſimilibus, quia loquuntur de promiſſione de recipiendo in futurum, à qua promiſſor liberare ſe poteſt non recipiendo pecuniam, vel ſecundo reſpõdeatis, vt per Bar. in. d. l. i. in. i. col. qui textus debet intelligi, dũ dicit in pṫãte habet ne accipiẽdo pecuniam ſe aſtringat intelligit naturaliter nam ciuiliter literis ſeu ſcriptura erat obligatus quòd probatur: quia vtitur

86 verbo aſtringat † quòd importat obligationem efficacem, ciuilem: & naturalem: vt apparet in difinitione obligationis, quæ eſſentiam obligationis efficacis ponit in qua poſitum eſt tale uerbum vel tertio ſecundũ Tolentinum: poteſt reſponderi licet ſatis ſufficienter fuerit reſponſum, q̃ iura loquuntur in ſtipulatione & nos in contractu literarum, & quæ ſit ratio diuerſitatis uideas, nam iſte contractus literarum cũ habeat ſuam formam à iure ciuili receptam parit ciuilem de per ſe, naturalis vero per numerationẽ inducitur, quæ numeratio, nec vere, nec ſcite ante biennium adeſt, at vero in ſtipulatione in qua numeratio nulla interuenit, nulla po

87 teſt oriri naturalis obligatio, nec etiam ciuilis obligatio adeſt † quia ſtipulatio, quç verbis perficitur, non parit ciuilem obligationem ſepatatam à naturali. l. i. §. adeo. ff. de pac. l. i. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obliga.

Ad quartum q̃ fuit ratio Chriſtophori de caſtelione reſpon. q̃ non obſtat q̃ ſcriptura priuata non diſponat, quia illud eſt verum in mutuo naturali,

turali, & in quocunq; cõtractu q re celebratur, ſecus in mutuo ciuili, vt in
caſu noſtro, & in aliis contractibus qui uerbis, literis, aut conſenſu pficiũ
tur l. quidam, & l. huius. ff. de conſti. pec. licet. l. huius probet potius con
trarium, & ſic faciet pro opinione. Io. de arena, vt hic. Tolc. nu. xlv. Vel
reſponde, q; iſtud habet locum, ſ. q; confeſsio extra iudicialis non produ
cat actionem, quãdo confeſsio eſt ſimplex, ſecus quãdo tranſiret in pro
priumnomen contractus, vt hic.

Ad quintum reſpondeo, poſt biennium obligatur efficaciter, ante
vero, erat obligatus tantum ciuiliter quę tamen ciuilis effectum non ha
bebat niſi poſt biẽnium, & comprobatur, quia uerba cum effectu ſunt in
87 telligenda † l. i. §. hęc autem verba. ff. quod quiſq; iur. & facit etiam tex.
in argu. in. l. i. §. fi. ff. ſi ager. vecti. vel emphy. peta.

Non obſtat ſextum, & vltimum de textu. in l. in omnibus, qa ille tex
tus loquitur quando eſſet diſſenſus inter contrahentes, qm vnus crede
88 bat emere, & alter credebat locare. Vel dicatis nihil valere ſ. quoad effe
ctum, † nam paria ſunt non habere actionẽ, vel habere, ſed per exceptio
nem excludi l. nihil intereſt. de reg. iur.

Non obſtãt etiam argumenta adducta pro opinione Pet. de bel. per Tol. ar
tica. & primum non obſtat, quia loquitur de exceptione intentionis, & fa gumen
cti, quæ nullum ius preſupponit glo. in. l. qui ſe debere. ff. de cõdi. ob cau. ta Petr.
ſed tamen mihi videtur talem exceptionem non numeratæ pecuniæ eſſe de bel.
iuris, quoniam inter exceptiones iuris connumeratur, vt infra de exce pertic.
ptio. in princip. & §. idem iuris. Sed verum eſt q; poſſes replicare, quod
ideo ibi talis exceptio eſt iuris, qa obuenit ex ſtipulatiõe, in qua ius ver
ſatur vt inquit Iuriſcon. in. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. tamen
tutius erit aliter reſpondere q; licet actio regulariter oriatur ex concur
ſu utriuſq; obligationis ſimul, tamen aliquando ſola ciuilis parit ac
tionem, vt hic tradunt ſcribentes, & Bart. in. d. l. i. ff. de fideiuſ. poſt me
dium verſi. quarto, & dicit eſſe communem opinionem licet Idem Bart.
89 l. iulianus. col. vii. nu. xxiiii. uſq; ad nu. xxviii. teneat contrarium † dicens
q; actio quæ oritur ex ſententia condemnatoria. l. actori. C. de reb. credi.
l. miles. §. & iudicati. §. fi. ff. de re iud. oritur ex ciuili, & naturali obliga
tione contra aliorum communem ſententiam, & maxime glo. l. genera
liter verbo religionem circa medium. C. de non numera. pecu.

Ad ſecundum reſpondet. Port. q; talis confeſsio habet formam con
ſeſsionis, non autem promiſsionis, vt per Bar. non obſtat titulus de con
90 ditione ob cauſam, † quoniã ibi promiſsio interuenerat, & rei traditio,
quæ naturalem obligationem inducunt.

Non obſtat tertium. d. l. exigua, & l. quaſi & iuncta. d. l. decem. quod
loquitur in obligatione facti cõdicenda, ſicut ille, qui ſoluit debitum,
poteſt condicere liberationem annullando inſtrumentum. l. diſſolutæ.

91 C.de condi.ſine cauſa. Vnde † ſi debitor, qui ſoluit, et eſt in totū liberatus, poteſt cōdicere liberationem: quāto magis in caſu noſtro, quo erat ciuiliter obligatus. Nec obſtat ſi dicat. q̄ iſta liberatio eſſet ſuperflua, cū habeat exceptionem: quoniam, reſpon. ſi diſtuliſſet petere liberationē poſt biennium, effectualiter eſſet obligatus.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, q̄ licet ex illa confeſſione inſur
92 gat tacita promiſſio † tamen, quia eſt eronea, non producit naturalē obligationem, cum conſenſu careat. d.l. ſi per errorem, & d.l. cum quid. ff. ſi certum peta. loquitur in mutuo vero, ex quo inducitur illa tacita promiſſio redendi, ſecus in ficto, vt in caſu noſtro.

Nec obſtat quintum, Quoniā reſpondeo † q̄ loquitur in promiſſione,
93 quæ eſt actus diſponendi, & inducendi obligationem, nos autem loquimur in confeſſione, quæ non eſt actus diſponendi.

Non obſtat ſextū, quia poſſem negare q̄ naturalis adſit poſt bieniū, vt tradit glo. l. generaliter in verbo religionem. circa medium. C. de nō
94 nume. pecu. licet Bar. in d. §. pactus. contrarium ſenſerit, nā † lapſus biennii operatur, q̄ illa præſumptio quæ dabatur debitori intra biennium, tollatur, & præſumptio ſit pro ipſo creditore. ſ. q̄ poſt bienium pecunia ſit numerata, vt. d. l. generaliter, & declarat. glo. & doc. ibi.

Non obſtat ſeptimum; Quoniā reſpondeo q̄ ibi interuenerat res: &
95 conſenſus quidam, ideo oritur & naturalis † nam conſenſus etiam metu adhibitus appellatur conſenſus. l. mulier. §. penulti. ff. de eo q̄ met. cau.

Non obſtat octauū, Quoniā reſpondeo q̄ exceptio non numeratę pecuniæ eſt fundata in æquitate, etiam in caſu noſtro in fauore debitoris, non vt contrahatur obligatio, ſed potius ſi quæ ſit contracta diſſoluatur, & ſic ex tali æquitate in caſu noſtro non eſt debitor naturaliter, immo ipſe actor eſt obligatus naturaliter non petere propter æquitatem illā, quæ parit naturalem obligationem, quæ eſt neminem locupletari cū aliena iactura. l. nā natura. ff. de condi. inde. Bar. nō. tradit in. l. iulianus. col. viii. nu. xxvi. de condi. inde.

96 Non obſtat nonum, Quoniā † ſcribens, ſoluendo debitum ex chirographo, videtur conſentire obligationi ciuili, iam initæ, vnde ex conſenſu adhibito adhibetur etiam naturalis obligatio, quæ ex conſenſu oritur d. l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſolutionibus.

Non obſtat decimum, quoniam in caſu noſtro ſoluere, & fidē ſequi nō ſunt paria. nā fateor, q̄ ſi aſſertus creditor in chirographo ſoluiſſet, vtraq; eſſet orta obligatio. Secus ſi debitor ex chirographo fidem creditoris ſequatur, & a creditore decipiatur non dando rem vtiq; iſte deceptus non videtur conſentire, argumento text. in. l. ia qui per errorem. ff. de iuriſd. omn. iudi. Vnde in caſu. d. §. venditæ ſoluere, & fidem ſequi parificantur quantum ad perſonam venditoris, qui licet fidē emptoris ſequatur, pro

precio non ob id decipitur, cum habeat emptorem obligatũ, & ſemper
poſsit eum cogere ad ſolutionem precij.

Non obſtat vndecimum, Quoniã reſpondeo dupliciter, & primo q
negare poſſem opinionẽ Fabri eſſe uerã, q promiſſum ex chirographo
poſsit conſtitui. Vel ſecundo reſpondeo, q licet debitũ ex chirographo
poſsit cõſtitui. nõ propterea ſequitur, q ante conſtitutum eſſet etiã na
turalis obligatio. Sed quia ſi nullum interceſsiſſet conſtitutum, curſus tẽ
poris biennii induceret præſumptam naturalem. Vnde nimirum, ſi illa ci
uilis cui curſu temporis adicitur naturalis, ipſaquoq deduci põt in con-
ſtitutum, quia de ſe ſolo curſu tẽporis ſine cõſtituto erat ei quoq adiun
genda naturalis, & propterea, quia nõ erat ciuilis ſola, quę ſemper rema
neret ſola, ſed erat talis, quæ cõtinuo curſu temporis ſibi naturalem ade
97 iungebat, ideo cõſtitui poteſt; quoniam † ciuilis ſola, quę ſemper eſt per-
manſura ſola nõ cõſtituitur cogita, quoniam hoc iudicio meo eſt fortiſ-
ſimum, argumentum.

Non obſtat duodecimum, Quoniã cum pactum, ſeu cõuentio ipſius
ſcribentis ſit, q ſibi mutuetur res & hoc non ſequatur non poteſt hoc dici
pactum, ſeu conuentio, quæ literis veſtiatur quoniam nullum eſt pactum,
ſeu conuentio, cum in ea ſit error. argumento text. in dicta. l. ſi is qui
per errorem.

Non obſtat decimumtertium, q ſcribens ſe debere dicitur conſentire
debito, Quoniã reſpondeo, q non eſt ſimplex conſenſus, ſed eſt ſecundũ
quid, ſi pecunia numerabit. Nec obſtat q ſtipulatio ſine cõſenſu ſit nul
la ergo etiam, & ipſa ſi non haberet conſenſum, eſſet nulla, etiam quantũ
ad conſenſum, quoniam reſpondeo, quòd cũ ſcriptura interuenerit, quæ
eſt forma à iure ciuili adinuenta nimirum ſi eſt obligatus ciuiliter, licet
naturaliter non, cum res non interuenerit, ſed in ſtipulatione, cum ver-
ba pariant conſenſum, & nullus conſenſus ex uerbis percipi poſsit, quia
fortaſſe, ſtipulator petiit vnũ, & promiſſor promiſsit, aliud, nimirũ ſi eo
caſu neq ciuilis neq naturalis oritur obligatio. d. l. i. §. adeo, facit opti-
98 me tex. in. l. in omnibus. ff. de act. & obli. vbi in oĩbus † contractibus ſiue
bonę fidei, ſiue ſtricti iuris ſint, ſi de uno ſentiat vna pars, & de alio ſen
tiat alia pars, nihil ualet quod actum eſt: cogita circa iſta tria ultima
argumenta pro opi. Pet. quoniam valde vrgent contra. Com. opinio. gl.

His igitur argumentis Iac. & etiã Pet. ſic reiectis habetis cõcluſio
nem claram, nitidam: ſolenniterq diſputatam: in qua, firmiter tenẽdum
eſt quòd ex contractu literarum ante biennium oritur tantum ciuilis.
Sed tamen aduertendum eſt, quòd hæc literarum obligatio oritur ex
chirographo, manu ſcripto debitoris, & ſic priuata ſcriptura, vt inquit
Imp. infra de literarum oblig. verſi. plane. & tradit Bart. in. l. ii. §. a. ii. col.
95 ver. quædam. ff. ſi certum peta. ſecus ſi ſit ſcriptura † publica, vel pri-

Declarat ſupra dicta concluſio.

uata cōfecta,tam manu alterius,quàm debitoris,quoniam iſto caſu nō obligationem inducerent,ſed probationem tantū facerent. Paul.de ca. in.l.ſi ex cautione.C.de non nume. pecu.col.i.licet alii voluerint;quòd inducatur literarum obligatio vt glo.in.d.l.ſi ex cautione,Alexā.in.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus.colla.x.nu.xii.quam communiter Docto.ſequũtur,ſed tamen eo caſu,quo obligatio inducitur manu notarii,vel alterius priuati,verum eſt,ſi notarius dicat,talis cōfeſſus fuit habuiſſe et recepiſſe centum mutuo à tali,& quę vere habuit,& recepit in pręſentia mei notarii, tunc non daretur exceptio,ſed bene daretur ſi deeſſet copula,&,quæ vere habuit,quia poſſent eſſe verba confeſsionis partis
84 ſic aſſerentis,de qua notarius ateſtatur.Bart.in.d.l.ſi ex cautione.Si ve
85 ro talis ſcriptura fuiſſet confecta manu ipſius debitoris,etiam q.eſſent talia verba,quæ mutuo accepit,tamen daretur exceptio propter fragilitatem debitoris.Bar.& Pau.de caſt.in.d.l.ex cautione.quoniā qua fragilitate inductus fuit ad fatēdum in chirographo, quod ſibi non fuit numeratum, eadem fragilitate induceretur ad apponendum talia verba, & hoc poſſet eſſe alicuius utilitatis,quia ſi ago ad mutuum ex chirographo manu debitoris facto in actione mea concludo aduerſarium meum mihi teneri,& recte dicor agere,alias inepte agerem Bar.in.l.i.§.ſi quis ita in fi.ff.de verb.oblig.Paul.de ca.in.d.l.ſi ex cautione, qm̄ ex tali ſcriptura naſcitur obligatio.Sed ſi ex ſcriptura publica,uel priuata non tamen à debitore facta in actione mea debeo concludere aduerſarium meum mihi teneri ex mutuo iam contracto,& poſtea,ad probandum mutuum, deducere huiuſmodi ſcripturas,quæ in confeſſum ſolam probationem faciunt.l.publia.in fi.Amplia,quod iſta exceptio non

ampliatio.

ſolū habet locū,qñ confeſsio mutui fit ſpe futurę numerationis,ſed etiā ſi fiat ſub ſpe cauſe.C.de poſtul.l.ſi ſub ſpe.Item ſciendū eſt iſtā exceptio
86 nem non numeratę pecuniæ,non ſequi naturam aliarum exceptionum perpetuarum,ſcilicet doli metus,& aliarū,iſta.n.tēporalis eſt,qm̄ intra bienniū datur,& rō eſt,qa talis exceptio conſiſtit in negatiua,& ſic impoſsibilis, vel ſaltim difficillima eſt ſm naturam ipſius opponentis.l.actore.ff.de prob,Ideo tale onus probandi affirmatiuam q.ſ.pecunia fuit numerata transfertur in ipſum actorem,d.l.ſi ex cautione &.l.i.C.de proba.nam cum alias probatio exceptionis pertineat ad reum.l.in exceptionibus.ff.de proba.&.l.i,C.eo,quia igitur in hoc caſu,actor contra regulam grauatur onere probandi exceptionē.Rei contra naturā
87 exceptionum,ęquum fuit etiam eum in alio releuari argumento.l.cum qui.ff.de iure iur.ut ſcilicet iſta exceptio non ſit perpetua,ſed temporalis.Ex hoc etiā poſſet inferri,quod cum exceptio non numeratæ pe

Illatio.

cuniæ,quæ datur debitori, ſit reſtricta ad biennium tamen hoc nō modicum præiudicium ipſi reo afferre poſſet, cum in facultate ipſius debitoris

bitoris non ſit vti ſua exceptione quando velit, ſed bene in facultate
actoris eſt quando vult vti ſua actione,& debitorem conuenire.l. pu-
ra.§.fi.ff.de excep.doli.Vñ creditor, actor doloſe poſſet poſt biennium
iudicium differre, ita vt reus remaneret excluſus à commodo huius ex
ceptionis,vnde tu dicas hoc eſſe verum, niſi ei à lege aliis modis eſſet
conſultum,lex.n.ipſa,quãtum poteſt hominum malitiis obuiare,uoluit.
100 l.ſi fundo.C.de rei vindi.Ideo ipſi reo† triplici remedio ſuccurrere uo-
luit.Primo.ꝙ conuentus intra biennium exceptione ſe tuatur.Secundo
quòd etiam non conuentus ab actore, poſsit intra biennium per viam
querelæ redacte in ſcriptis,manifeſtare pecuniam non numeratam, vel
ipſi creditori,vel eo abſente coram iudice iuxta diſpoſitionem.§.in om
ni.l.in contractibus.C.de non nume.pec.Quo remedio perpetuatur ip
ſa exceptio.l.ſi intra.C.de non nu.pe.Tertio,reus non conuentus poſcet
intra bienniũ principaliter obligationẽ chirographariã ab ipſo credito
re cõdicere.l.ſi quaſi.C.de non nu.pec.& ibi doc.& ſic preiudiciũ nõ ef-
ficietur ipſi debitori inuito.Item quòd dixi, vt exceptio talis ſit tempo
ralis, procedit de iure ciuili, ſecus autem de iure canonico, quia tunc
poſt biennium, & ſemper poterit opponi,tradit Dinus in.c.locupletari
circa fi. de regu.iur.lib.vi.laſ.in.l.qui pecuniam.ii. colũ.nu.vii.ff.ſi cert.
101 pet.Item dicas ꝙ hæc† exceptio deficit,quando talis confeſsio mutui **Prima**
fuiſſet facta in vltima voluntate.eſt gl.quam ſequitur Bar.& cõiter cę- **limita.**
teri in.l.i.C.de falſa cum adiec. & rationem aſsignat ibi glo.Secundo
102 † ceſſat iſta exceptio,quando confeſsio eſſet geminata ex interuallo tan **Secũda**
tum,ita glo.& Bald.ibi & Ang.in.d.l.in cõtractibus.§.ſed quoniam in **limita.**
103 ver.penitus.C.de non nume.pecu.Tertio † ceſſat iſta exceptio, quan- **Tertia**
do cõfeſsio eſſet facta in iudicio,Paul.de caſt.poſt antiquos in.l.gene- **limita.**
104 raliter.col.fi.C.de non nu.pe.Quarto,ceſſat † talis exceptio non nume-
ratę pecuniæ,quando debitor poſt confeſsionem agnouit debitum, & **Quarta limita.**
ſic cœpit ſoluere,quia tunc in tali exceptione ei præiudicatur .l.cum fi
dem & ibi Bar.C.de non nu.pe.facit lex.i.ff.de policita.poſt prin.Se-
105 cũda principalis concluſio colligitur ex glo.ꝙ per pactũ† de non pe- **Scđa cõ clu gl.**
tendo tollitur naturalis obligatio ipſo iure,per textum in.l.ſtichũ aut
pamphilũ.§.naturalis.ff.de ſolu.ſed cõtra iſtud notabile opponit Port.
hic nu.ii.d.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.ubi naturalis per pactum nõ tol
litur ipſo iure. Solue vt hic per Port.quòd textus in.§.pactus,loqui-
tur de pacto obligatorio de petendo,qđ non inducit ipſo iure natura
lem obligationem.§.naturalis loquitur de pacto liberatorio ꝙ ipſo iu-
re tollit naturalem obligationem.Sed rurſus opponit.Port.ꝙ immo ꝑ
pactum de non petendo,nulla tollatur obligatio,per tex.in.§.pręterea.
infra de excep.inducendo eum vt hic per Portiũ ego autem aliter in-
ducerem,vt magis obſtet,dum dicit ꝙ.non obſtãte pacto, nihilominus

debitor remanet obligatus,& efficax actio aduerſus eum datur,quia pa
cto iſto non diſſoluũtur obligationes,& ſic nec ciuilis,nec naturalis,pro
huius contrarii ſolutione poſſet conſiderari pulchrum verbum,quod li
cet ad aliud præpoſitum tradebat excellentiſsimus preceptor meus.D.
Andr.Alciatus lib.iiii.paradoxorum.c.vii.in fi.põderando uerbum iu
ſto pacto,ibi in.§.naturalis.l.ſtichum.dicens iuſto pacto.i.pacto veſti-
to à lege approbato per.l.iii.§.i.ff.pro ſoc.tamen quia aliud ſenſit alius
excellẽtiſsimus pręceptor meus.D.Vbertinus Zucardus coregius legẽ
do.d.§.pactus ne peteret. vt infra ego dicã comprobãdo rñſionẽ Port.
& Bart.ad contrarium.d.§.præterea ideo melius eſſe duxi tranſire,quàm
de horum doctiſsimorum virorum opinione iudicium facere,ſed tamẽ
quantum ad dictum contrarium.d.§.naturalis &.§.pactus.licet glo.&
Bar.in.d.§.pactus.quinq; dent ſolutiones vt ibi Bar.declarat,qui etiam
ibi aliam addit.Por.tamen tenet hic quartam in ordine,quam compro
106 bat,quia Rei † ſunt fauorabiliores,quàm actores,& iura magis prona
eſſe videntur ad liberandum,quàm ad obligandum.l.fauorabiliores,
ff.de reg.iur.l.Arianus.ff.de actio.& oblig.hoc ego comprobo,quia pa
107 ctum † obligatorium ſine cauſa non ualet ſaltem in effectu.l.ſecũda.§.
circa.ff.de exceptio. doli.tamen pactum liberatorium etiam ſine cau-
ſa ualet.l.tale pactum, vbi Bartol. per alios.ff.de pact.l.creditori, &
108 ibi Bartol.C.eodem. Item in contractibus † obligatoriis innomina-
tis re in integra licita eſt pœnitentia.l.ſi pecuniam.ff.de conditio. ob
cauſam ex placito.C.de rerum permutatio.tamen in contractibus li-
beratoriis ceſſat pœnitentia.l.quamuis.C. de tranſaction. hæc tamen
ſolutio ſic à me comprobata,quæ fuit quarta ſolutio.gl.in.d.§.pactus.
communiter approbatur ibi per Bart.& alios.verum quia ratio illius.
§.eſt quia in ſtipulatione ius in pacto facto verſatur,quæ ratio ita mi
litat in pacto liberatorio, ſicut in obligatorio,iõ tu ſubtilius cogita.&
pro ſolutione dicas,vt infra dicam in reſponſione ad primum contra-
rium huius concluſionis. Quantũ vero pertinere videtur ad illud diſ
ficillimum,ac pene indiſolubile contrarium .d.l.ſtichum.§.naturalis &
§.præterea.infra de excep.teneo ſolutionẽ Portii, q̃ fuit Bart.in.l.i.nu.
xxiiii.ff.de cõdi.indebi. videlicet q; in.d.§.naturalis, ſemp naturalis tñ
fuit ſola,at in.d.§.præterea à principio fuit vtraq; obligatio,& ſic, añ
pactũ debitor erat obligatus ciuiliter,& naturaliter iõ pp religas natu
ralis antiquæ non tollit. ipſo iure, ſed ope exceptionis,& in hanc deue
nio ſententiam, quam ita comprobo conſiderando textum in.d.§.natu-
ralis tum in ratione decidendi,tum per exemplũ,quod in fine tradit.
Per rõnẽ decidẽdi clare colligit,q; ibi naturalis tñ à principio aderat,
dum dicit textus nam vinculum æquitatis,quo ſolo ſuſtinebatur, cõtra
rio æquitatis vinculo diſſoluitur, ponderando verba ibi, ſolo vinculo

Intellectus d. Andre. Alcia. ad l ſti chũ.§. naturalis.

æquitatis ſuſtinebatur contrario æquitatis vinculorum, ex quibus ver
bis,datur intelligi, ꝙ naturalis tantum aderat obligatio,& fuit intel
lectus pręceptoris mei D. Vbertini Zucardi hoc etiam comprobo ꝑ
eundem textum,dum,ſtatim poſt rationem decidendi, ponit exemplũ
in pupillo,qui naturaliter tm̃ obligatur ſine tutoris auctoritate.l.i.ff.
de nouat.in fi.Quod in.d.§.præterea fuerit à principio ciuilis & natu
ralis apparet dum ibi tex.loquendo de obligatione, loquitur in nume
ro plurali ibi non omnino diſſoluuntur obligationes.Nec contra iſtam
ſolutionem obſtat ꝙ hic Port.ex mente Bar.dicit ſi in.d.§.præterea in
quo aderat ciuilis,ac naturalis,per pactum de non petendo non tol-
litur ciuilis, ergo ciuilis tm̃ obligatio produceret actionem, dum di-
cit ibi text.efficax eſt actio, quòd tamen abſurdum,& falſum eſt,cũ ci
uilis tantum obligatio,non pariat actionem.Reſpondeo ex mente ta-
109 men Bart.vt hîc Port.dicit.quod verum eſt,quòd ciuilis ſola † obliga-
tio nouam actionem non parit regulariter,aliquando tamen veterem
iam natam conſeruat.argumento.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui
vel alieni iuris.l.ſeruo inuito.§.cum pretor.ff.ad trebellianum. quoniã
110 facilius † actus conſeruatur quàm de nouo inducatur, vt patet in poſ
ſeſsione, quæ non acquiritur, niſi animo, & corpore.l.iii.in principio.
l.quemadmodum.ff.de acqui.poſſeſ.tamen ſolo animo conſeruatur.l.li-
cet.C.eo.& ſic,licet ciuilis regulariter non pariat actionẽ, tamen actio
nem iam natam ex vtraꝗ obligatione ciuilis ſola cõſeruat,exemplo ma
teriali comprobatur ut hic per Por. Vnde habes defenſatã ſolutionẽ,
quam tradit hic Port. & fuit Bar.in.l.i.ff.de condi.indebit.col.iiii. nu.
xiiii.Sed reſpõdẽdo inductioni per me factæ in.d.§.præterea quæ ma
gis ſtringit. dicerem quòd pactum de non petendo non tollit obliga
tionem naturalem ipſo iure,ideo poſt pactum vtraꝗ adeſt obligatio,
& remanet etiam efficax actio.Sed dum creditor poſtea agit, debitor
mediante exceptione pacti tollit ipſam naturalem obligationem,& ip
ſum agentem excludit. & ſic hoc modo intelligendo.d.§.præterea.præ
facta mea inducio non obſtabit,vt in inductione ponderaui verbũ obli
gationes,& verbum remanet obligatus,quia ſecundum hunc intellectũ
meum,cum pręſuponam poſt pactum vtranꝗ obligationem adhuc ma-
nere,ſicut à principio, ſed poſtea ꝑ exceptionem tolli naturalẽ. Non
ſequitur, quòd ciuilis ſola pariat actionem, quia potius eam iam natã
ex ſe,& naturali ſeruat.vt Bar.voluit ſecundum Port.hic.Bart.tñ.d.l.i.
colla.vii.numero.xxiii.ff.de condi.indebi. ex mente Guielmi de Cu-
neo dicit,quòd eſt inſpiciendum,quomodo pactum de non petendo ſit
factum,an ad impediendam petitionem, vel ad tollendam obligatio-
nem,primo caſu procedit textus in.d.§.pactus.&.d.§.præterea. ſecũdo
caſu ꝓcedet tex.in.d.§.naturalis.& iſtos caſus vt dicit ibi Bar. videtur

Alius intellectus.d. Vbertini ad.§ naturalis.

conſiderare.iurecon.in.d.§.pactus.in prin.& in verſi.ſed vbi pactum,& in ver.idem dicemus ſi pactum totam obligationem ſuſtulit,quæ ſolu tio mihi non diſplicet,quia quando pactum eſt ad impediendam pe titionem,in eo factum verſatur,ſecus ad impediendam obligationem, tunc in eo,ius verſatur.Sed quia hoc eſſet contra communem intelle ctum oium doctorũ.ideo a prima nõ eſt recedendũ,nam idẽ Bar.& ibi Iaſ.& alii nolũt,ꝙ diuerſitas illorũ caſuũ cauſet̃ ex diuerſitate pactorũ, quia vtroq; caſu,pactum de non petendo erat,ſed diuerſitas cauſetur ex hoc,an appoſitũ ſit pactũ ſup obligatione cauſata ex contractu ſtricti iu ris, vel cauſata ex maleficio: vel ex contractu bonefidei: quæ ſenten
111 tia comprobatur per tex.in.l.ſi tibi.§.quędam.ff.de pac.vbi pactũ † tol lit ipſo iure actionem & obligationem cauſatam ex maleficio,ideo te neas ſolutionem Bart.quę hic à Port. refertur,& ego amplexus fui eam comprobando vt ſupra.Nec obſtat ꝙ hic dicit Port.ꝙ ratio Bar. proce deret quando obligatio ciuilis, & naturalis eſſent cauſæ producentes tantum actionem,non ẽt cauſę ipſam actionem productam in eſſe con ſeruantes, quia tunc ſublata vna,tollitur etiam effectus,& ſic actio in totum,& dat exemplum de ratione legis.c.erit autem.diſtinc.iiii. Sed ego non arbitror à ratione Bar.quæ cõmuniter tenetur in.d.l.iulianus eſſe recedendum,nec illud exemplum de ratione legis obſtat,dum dice bat,ſublata ratione legis, tollitur ipſa lex, quia dico ꝙ illud ideo eſt, quia ratio ita eſt anexa legi, vt ſublata rõne legis tollit̃ & ipſa lex quo niam quodam modo anima legis exiſtimetur,& ſicut remota anima,re mouetur eſſentia, & ſubſtantia hominis, Bald.in.l.i.col. penul.ff.ſolut. matr.&.l.ſi.xviii.q.C.de hæred.inſtituen.Iaſ.in.l.qui quadraginta.colũ.
112 ii.ff.ad treb.† ita etiã remota ratione legis,& ipſa lex intelligitur remo ta,ꝙ non eſt in obligatione, reſpectu actionis.d.§.naturalis.d.§.præte
113 rea.Nam actio † poteſt eſſe ſine obligatione vt realis,& datiua,& obli gatio ſine actionem, vt ciuilis tantum, vel naturalis tantum obligatio ergo multomagis ſi remanet ciuilis tantum obligatio,poterit conſerua re actionem,quæ actio ſine obligatione conſiſtit, vt ſupra dixi,vel etiã a ciuili tantum inducitur.l.actori.C.de iur.iur.Bar.l.i.ff. de fideiuſ.er go magis poterit conſeruare actionem exemplo mulieris, quæ ſemel fuit coniuncta maſculo,eo ſublato, & partu concepto, poteſt producere partũ,& de fabricãte edifficiũ,eo mortuo adhuc edificium durat. Alia eſt ſolutio ad.§.pactus ne peteret.ꝙ ibi pactũ de non petendo non tol lit ipſo iure obligationem,ſed ope exceptionis,quia ibi erat debitum ex ſtipulatione q̃ eſt iuris ciuilis.§.de conſtituta. infra de act.pactũ ve ro eſt de iure prętorio.l.i.ff.de pac.& ius prętoriũ ipſo iure nõ poteſt tollere ius ciuile.argu.§.quas autem ſupra de bon.poſſ. Hanc conclu ſionem.ſ.ꝙ per pactum nudum de non petẽdo tollatur naturalis, Am

Pria am pliatio.

plia.ut procedat non ſolum,quando naturalis eſſet ſola, vt videtur lo-
qui.d.§.naturalis. ſed quando etiam naturalis eſſet adiuncta cum ciui
li,vt loquitur hęc gl.noſtra licet pauloante ſoluendo contrariũ.d.§.pię
terea,&.d.§.naturalis.aliter ſenſerim.Sed verũ eſt,quòd huic amplia- Oppo. ad ampli.
114 tioni obſtat, quòd difficilius † tollitur ius coniunctum, quàm ſepara-
tum.l.ſi ita ſcriptum.§.regula.ff.de lib.& poſth.&.l.qui patri.ff.de acqr.
hære.l.ſi communem.ff.quemadmo.ſer.amit.per quem tex.Hipp.ſingu
laſi ſuo.clxxx.incip.plura,& plura,dicit ꝙ ratione communionis, ſeu cõ
nexionis inhabilis gaudet priuilegio habilis. Ideo ſi plures pro vno de
licto ſint capti,& inquiſiti a iudice ſeculari quorum unus ſit clericus,
& ipſe petat remitti ad eccleſiaſticum iudicem,iuſta.c.ſi iudex.de ſen.
excõ.in.vi.tunc oẽs laici debent remitti ad iudicem eccleſiaſticũ, Ne
continẽtia cauſę diuidatur, & ne ſequatur abſurdum qđ in eadem cau
ſa variæ & forte contrariæ ſententiæ proferantur alios q̃ plures mira-
biles effectus communionis, & connexionis tradit not.idẽ Hyppo.de
Mar.l.de minore.§.tormenta.nu.xi.uſq; ad nu.xv.ff.de queſtio. Ad hoc Sol.
reſponderi poteſt illam regulã procedere in connexis, & in inſeparabi
libus,vt iura loquuntur.ſecus in ſeparabilibus. vt in caſu noſtro, quia
vna obligatio tolli poteſt alia remanente.vt eſt caſus in.l.Iulianus.ff.de
condi.indebi.

Secundo ampliari poteſt iſta concluſio,vt procedat.ſ.ꝙ pactum nu Secũda amplia.
dum de non petendo non ſolum,quoad effectum tollat naturalem, ſed
etiam ipſo iure vt.d.§.naturalis.

Tertioampliatur,vt procedat ſiue pactum ſit de non petendo, ſiue Tertia amplia.
etiam de petendo.vt tenet Bart.reiecta quarta ſolutione gl.in.d.§.pa-
ctus,quam ſequuntur alii.ut inquit.Iaſ.ibi.col,iiii.verſi.circa iſtam par
tem,& ego dixi ſupra.

Quarto ampliatur,vt per tale pactum non ſolum naturalis obliga- Quarta amplia.
tio tollatur,ſed etiam elidatur ciuilis,vt tradit gl.d.§.pactus.&.d.§.prę
terea.nam pactum de non petendo † ſecundum prædictas glo.& Bart.
115 in.d.§.pactus.quatuor producit effectus.Primus, quod tollit naturalẽ Pactum de non petẽdo, quatuor pducit effectus
obligationem ipſo iure.Secundus,ꝙ elidit,ſeu debilitat ciuilem. Ter-
tius,ꝙ obligat naturaliter paciſcentem non petere.Quartus,ꝙ produ
cit exceptionem bene vera eſſe, ꝙ non ſemper iſti effectus ſunt vni-
formes,quoniam aliquando augentur,& aliquando minuuntur.Minuũ
tur,vt quatuor caſibus,& ſic erunt quatuor limitationes,ad regulam vt
infra dicã. Augentur autem quinq; modis,& ita cum iſtis quatuor am
pliationibus in totum erunt nouem ampliationes, quarum prima eſt, Quinta amplia.
quando pactum de non petendo apponitur ſuper obligatione deſcen
dente ex maleficio,vt tunc ipſo iure obligatio,& actio tollatur.l.ſi ti-
bi.§.quædam de pac.&.d.§.pactus.verſi.ſed ſi pactũ.vbi vtraq; tollitur

obligatio,& rationem aſsignat Bar.in.d.§.quædam.quia obligatio, & actio,quę cauſatur ex maleficio non naſcitur ex conſenſu,& propterea debilior eſt,& quia etiam pœnalis, ob id odioſa eſt, vñ facilius tollit. Sed cõtra iſtã rõnẽ oppono,ꝙ imo ille,ꝗ deliquit,videatur conſentire in pœnã vt no.gl.l.i.§.beſtias.ff.de poſtu.Itẽ oppono,quia licet pœnales ſint,non tñ odioſæ dicuntur,ſed potius fauorabiles,cũ reipublicę intereſit delicta puniri.l. ita vulneratus in fi.ff.ad.l.aquil.l.ſi longius.§.i.ff. de iud. Vnde Bar.in.l.quemadmodũ.C.de agri.& cenſi.lib.xi.&.l.quod ait,§.exercitus.ff. de his.qui nota.infa.inquit pœnas eſſe fauorabiles,ex quibus colligi poteſt,ꝙ non magis iſto caſu,quo pactũ eſt appoſitũ ſuper obligatione deſcendente ex maleficio, tollat ciuilis obligatio,ꝗ̃ eo caſu,quo tale pactum appoſitum ſit ſuper obligationem ſtricti iuris,cũ ſemper eadẽ ratio militat. Quod pactũ de nõ petendo non tollat ciuilem obligationem,patet,quia pactum nullũ in ſe habet vinculũ ciuile,ſed naturale tantum.d.§.naturalis.ſed tamen a prędicta rõne Bar. quæ cõiter a doctoribus approbatur,non eſt recedendũ.Nec obſtat ꝙ dicatur conſentire,qui deliquit,quia ille non eſt verus,ſed fictus conſenſus,vt dicimus de inia, a qua, ſi qs non appellat vr tacite conſentire.l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.Sed talis conſenſus,vt tradit ibi Bal.nõ eſt verus.ſed fictus conſenſus,& interpretatus. Vñ nõ naſcit ex eo naturalis obligatio.Sic & in caſu noſtro,cum † iſte conſenſus ſit fictus,erit debilior,& per conſequens tolli facilius poterit.Quoniam fictus conſenſus debilior eſt vero.l.ſi plus.§.i.ff.euic.& ibi Bar. Vlterius iſte non eſt proprius conſenſus,qui cadit in pœnam,quia non eſt ſimul ſenſus,ſeu ſimultaneus.glo.in.l.cõſenſu.ff.de act.& obli.cũ ex parte vnius tm̃.ſ.delinquẽtis adſit, vñ nõ eſt mirũ ſi nõ eſt aptus ad producendam aliquam obligationẽ naturalẽ,vt tradit Bart.d.§.beſtias. Nec obſtat ꝙ pœna ſit fauorabilis † quia hoc eſt verũ reſpectu publicæ vtilitatis, vt tradit Bar.d.l.queãdmodum & Dec.in.l.factũ.§.in pœnalibus ver.quarto fallit.ff.de reg.iur.ſed inſpecta pſona delinquentis,cuius cauſa principaliter pœne ſunt adinuẽtę, dicũtur odioſę.§.ſic itaq; ĩfra de actio.& inſpicimus ꝙ principaliter agitur,& nõ ꝙ in conſequentiã venit.l.i.ff. de auct.& conſ.tut.vñ dicebat Bar.& alii in.l.trãſigere.C.de tranſact. & in.l.ii.ff.ad ſillen a.& Ang.in.§.fi.inſti.quib.mo.tol.obli.ꝙ nõ obſtãte pacto poterit crialiter ad pœnã cõtra delinquẽtẽ ꝓcedi.Nec obſtat vltimũ,ꝙ pactũ de nõ petẽdo nõ hẽat vinculũ ciuile,& ꝓpterea ciuilẽ obligationẽ nõ poſsit tollere,qm̃ potius dicimus hẽre vinculũ ciuile, cũ hoc caſu a iure ciuili tale pactũ approbat,& appellat lgitima cõuentio.p Bar.d.§.quædã & in.l.legitima in fi.ff.de pac. Secũdus eſt caſus, & ſexta erit ampliatio in cõtractibus bonæ fidei, qui conſenſu celebrãtur in qbus,pactũ nudũ ſequẽs,reintegra,tollit ipſo iure vtrãq; obliga-

Oppo. ad rõnẽ

Solu.

116

117

Sexta amplia.

tionē,& actionē.d.§.pactus.verſi.idē dicemus.l.iuriſgentiū.§.adeo.l.ab emptiōe.ff.de pac.§.fi.infra.qb.mod.tol.obli.rō huius ampliatiōis ē,qm̄ ſicut iſti cōtractus nudo cōſenſu pficiūtur,ita & p pactū,qđ pariter nudo cōſenſu pficiť,diſſolui poterūt.l.nihil tā naturale.de reg.iur.&.§.fi.infra qb.mod.tol.obli.Sed cōtra iſtā ampliationē oppono, certū eſt q̄ ex con tractu q ſolo cōſenſu pficiť,ciuilis,& naturalis naſciť obligatio.d.l.iure gētiū in prin.& ibi Bar.ergo attēta p̄dicta rōne,pactū nudū,q̄ ſolo cō ſenſu pficiť, nō poterit tollere ciuilē obligationē Bar.tñ in.d.§.pactus. nu.x.dādo aliā rōnē dicit qđ eo,quia ius ciuile approbat cōtractum obligatoriū cauſatū ex cōſenſu,idē ius ciuile eadē æquitate confirmat pactū liberatorium ſuper eo cōtractu appoſitū.d.l.ab emptione. Vnde ciuilis obligatio, quæ ex approbatione iuris ciuilis deſcendit.§.oīum infra eo. pōterit per contractum a iure ciuili approbatum tolli. Oppo.

Tertius caſus,& ſeptima erit ampliatio,qñ ciuilis,& naturalis veni ret acceſſorie ad ſolam naturalē qm̄ tunc ſublata principali, quæ erat naturalis tm̄,p pactū de nō petēdo.ēt ciuilis,q̄ illi naturali accedebat tolliť.vt in fideiuſſore nā ipſe ciuiliter, & naturaliter obligať,cū tali caſu ſtipulatio oīmodo requiratur.l.blāditus.C.de cōtrah.& cōmit.ſti pu.nā ſublata naturali,tm̄ p pactū de nō petēdo eo caſu quo pupillus principalis debitor naturaliter tm̄ ſit liberatus fideiuſſor,quoq̄ q ciui liter,& naturaliter erat obligatus liberať ab vtraq̄ obligatiōe.ita Bal. & Ang.in.l.& poſt rem.§.i.ff.de trāſac.&.d.l.ſtichū.§.naturalis.ff.de ſo lu.rō huius limitatiōis ea eē potuit,q̄a ſublato principali tolliť & acceſ ſoriū.l.cū principalis.ff.de reg.iu.c.acceſſoriū.eo.ti.lib.6.l.ii.ff.de pec.le. ſeptima amplia.

